






1
7
117











JOH. CHRISTOPHORI WAGENSEILII
Doct. & in Acad. Altdorf. Prof.

EXERCITATIONES
SEX
VARII ARGVMENTI.

ALTDORFI NORICORVM
Joh. Henricus Schönnerstædt excudit.
ANNO CIↃ IↃC LXXXVII.
Prostat Noribergæ apud PAVLI FVRSTII *Hæredes.*



2

3



CELSISSIMO POTENTISSIMOQUE PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO

MAXIMILIANO EMANUELI.


SUPERIORIS ET INFERIORIS BAVARIÆ, PALATINATUS ITEM SUPERIORIS

DUCI,

COMITI PALATINO AD RHENUM, S. R. IMPERII ARCHIDAPIFERO ET ELECTORI, LANDGRAVIO LEUCHTENBERGICO &c. &c. &c.

ORBIS CHRISTIANI DEFENSORI INCLUTO, FELICI, VICTORIOSO:

Vita, Salus, Gloria!






CELSISSIME ET POTENTISSIME PRINCEPS ELECTOR,

DOMINE CLEMENTISSIME.

NOn utique iratum habebo, Divinum Genium Tvvm, si illis, prosperum reditum, & Tvas Tibi adversus Turcas Victorias gratulantiũ immensis turbis, quæ, Aulæ Tvæ quotidie obsident limina, solicitant fores, atria implent, mea quoq; parvitas se immisceat. Conveniunt in hoc Supremi Numinis, ejusque in terris vices agentium Principum Ædes, quod nemo ab utrisque tanquam profanus aut indignus arcetur, modo pietate, quamvis rudis ea sit ac simplex, compositam mentem secum afferat. Defuncti hactenus omnes Boni sumus, solvendis Deo Optimo Maximo gratiis, quod cladem, & exitium, quæ vehementer imminebant,

bant, a capitibus fortunisq; nostris avertit, ejusq; aris, supplices ac proni, victimas honoresque, puris manibus, rite, & cæremoniis sanctissimis, imposuimus. Superest nunc, erga Eum quoq; non ingratos nos præstemus, per quem cœlestis Providentia, mortalium cœtibus sese dispensavit, suaque terris munera elargita est. Tv, is es, rerum humanarum grande decus, & præsidium, felicis Seculi specimen, efficacis Naturæ dicam, an Virtutis ostentum ? CELSISSIME PRINCEPS, qui, auspiciis majoribus publicæ saluti præfectus, Tvis curis, nostros Penates, Tvo robore, nostram vitam, Tvis vigiliis, nostrum somnum defendisti. Talia enim sunt, quæ in iteratis Tvis Turcicis expeditionibus, & nupera Budæ expugnatione, a Te gesta accepimus, ut non admirationem modo nobis, sed adeo stuporem incutiant, cogantq; omnes linguas, si id aliter fieri non potest, saltem inconditum murmur eliquando, in laudes Tvas se resolvere. Quippe, Tv nulli fortitudine secundus, in extrema acie, aut prima, ubicunq; opus erat, consistens, cunctis affuisti provisu, affulsisti ope, consuluisti labore. Interdum vero gregario militi immixtus, trepidantes provocasti exemplo. Tv, quoties in hostes te effunderes, velut alter Mavors, obvios dextra prostravisti, remotis, oculorum ardore, formidabilique conspectu, incussisti terrorem. Tv, nec in castris unquam otiosus aut re-



missus, agenda præscripsisti, acta judicasti; momenta rerum apud Te congregans, ex Te dispensans, ad Te revocans; semper animum in arduis magnum, in futuris providum, in dubiis solertem, in eligendo perspicacem, in periculis impavidum ostendens. Hæc igitur una omnium sententia, in Te, Paternæ Maternæque, toto Orbe laudatissimarum Familiarum, cumulata decora, veluti in unam consummati operis figuram, congregasse summum Principalis Genii Architectum, ut æternæ prosapiæ, haberent exemplum singulare & darent, unde vetusta gloriarum insignia, collectim repeti, ac nova in posteros uberrime fas esset dimitti. Enim vero, in tam magnarum rerum cogitatione, jampridem deficio, tantæque, & res hactenus gestæ, &, quas Tuæ, POTENTISSIME ELECTOR, indies magis ad sublimia grassantes, fortitudo fortunaq; deinceps quoq; gerent, non hominis indiserti, qualem me esse haud inficior, balbutie ac infantia, contaminandæ sunt, sed, præclaris relinquendæ ingeniis, ut eas perpetuis Fastorum atque Annalium Monumentis conditas, venerationi superstitum æque, ac eorum, qui ullis unquam seculis nascentur, exponant. Ad Sacrum tamen Scutum Tuum, quod, haud procul a Trophæis, ex Signis, manubiis, armisq; hostilibus constructis, pendere e tholis animadverti, cum horrore & religione accedens, Symbolum ap-

pinge-

pingere ausus sum, vocibus omnino quatuor, multa constipans, & in unum commiscens, quæ, alii, vix longa & verbosa oratione, exquisitoque sermonis apparatu, edisserent. TV PRINCEPS CLEMENTISSIME, admitte libens, volens, hoc devotæ mentis interpretamentum, & concede benignus, ut in Fano, honori tuo dicato, perennet. Ita TE, Europæ propitius DEVS, quam diutissime hominum cœtibus interesse patiatur, &, quicquid suscipies agesq;, porro prosperet ac provehat. Scribebam AltdorfI Noricorum a. d. VI. Februarii A. cIɔ Iɔclxxxvii.

CELSITVDINEM ELECTORALEM TVAM

humilime ac demisse colens, Suspiciensq;

Joh. Christophorus Wagenseilius.

ELENCHUS
EXERCITATIONUM.

I. Commonstrat par Symbolorum Heroicorum, quæ, Galli, Devises, Itali, Imprese vocant, quibus, ad summam perfectionem, nihil valde deest.

II. Revelat Arcanum Steganographicum, cujus ope, Amici toto Orbe sejuncti, omnia animi sensa, plene planeque invicem communicare possunt. Docet amplius, modum parandi Candelam, quæ, Homine aliquo vivo, assidue ardet; illo moriente, defetiscitur, & lumen amittit. Suppeditat insuper, adversus Epilepsiam, Pestem, Hydropem, Febrem, & Podagram præcipue, Vulnera item quæcunque, nullis cognita, nova Remedia. Subjicitur Poëta Hebræus, de tuenda Sanitate.

III. Recenset Libellum Hebraicum, Milchama Beschalom, sive Historiam, de Semi-Pragensis Urbis postrema expugnatione, quâ, auspiciis CHRISTINÆ Sueciæ Reginæ, A. C. MDCXLIIX. Comes Joh. Christophorus Konigsmarckius peregit.

IV. Repræsentat R. Petachiæ, qui Seculo Christianorum XII. vixit, Itinerarium.

V. Ostendit, Albertum Fridlandiæ Ducem, fuisse omnino quondam Academiæ Altdorfinæ Civem.

VI. Enarrat elegantem Apologum, quo, docetur, servandam sedulo esse Jurisjurandi Religionem. Eum, ex Arabica Lingua, in Sacram Hebræam, convertit R. Abraham, Mosis Filius, Maimonides. Ex MS. nunc primum editur.

9



EXERCITATIO PRIMA.

COMMONSTRANS PAR SYMBOLORVM HEROICORVM, QVÆ GALLI Devises, ITALI Imprese VOCANT, QVIBVS AD SVMMAM PERFECTIONEM, NIHIL VALDE DEEST.

NVper negotiorum expediundorum causa Noribergæ agebam, cumque præcipiti jam die aliquid otii nactus, more meo & amore, ad veterem ibi & cognationis necessitudine mihi junctum Amicum, JOH. LEONHARTVM STOBERLINVM, ingenua virtute, elegantique doctrina spectabilem Virum viserem, offendi eum lectioni Libri cujusdam ita intentum, ut ingressum meum in Museum minime animadverteret. Ergo, postquam intra silentiũ me aliquantisper continuissem, mox, Salve, inquiebam, o Noster, ut vales, & quid sibi vult ista tam pertinax in legendo intentio? necesse est liber non contemnendus sit, cui expendendo ita totum te addixisti. Ille, ad me respiciens, sis pariter salvus Amice, respondebat, quid tu Noribergam insolens? Exponebam breviter itineris mei causas, & porro instabam, ut me in vicem participem eorum redderet, quæ lectitasset. Tum is,

 forte

forte fortuna, inquit, ad me delatus est liber præstabilis, qui titulum præfert, *La Devise du Roy justifiée par le P. Menestrier de la Compagnie de Jesus*: ejus lectio mire me capit, ita refertus est rebus, Symbolisque imprimis elegantissimis, in quibus summa nostri ævi ingenia acumen suum exercuere; & anne, tibi cognita habetur hæc commentatio? Vtique, subjiciebam ego, lectus mihi is liber est, & quidem cum cura; nec dissimulo, me, uti ex aliis Viri egregiis in Arte Haraldica scriptis, ita ex hoc pariter, multa, quæ prius ignoraveram didicisse, quamvis si profiteri licet, quod sentio, in eo cujus gratia præsens iste liber scriptus est, mihi neutiquam adamussim satisfecerit. Ibi Amicus meus, pæne stomachabundus, considere me jubet, & argumentis ostendere, non satis superque Autorem functum esse officio. Cum ambo in sedibus quieti nos dedissemus, sermonem cœptum persequitur Amicus, aitque: Id propositum habuit Autor, ut Symbolum Heroicum, quo Clarissimus Douurier LVDOVICI XIV. Maximi Galliarum Regis Scutum exornandum censuit, cujusque, ceu loquuntur Corpus, Globus hujus universi, & Solis superne illum illustrantis figuræ, Lemma vero, verba, NEC PLVRIBVS IMPAR absolvunt, adversus geminam censuram vindicaret. Earum una fuit, quod quidam ausi sunt asseverare, eodem hoc Symbolo, jam pridem usum esse Philippum II. Hispaniarum Regem, huic ergo ut auferatur, & ad Regem Galliarum accommodetur, habito ad Philippum respectu, fas & æquum, Ludovicum autem si cogitemus, decorem, vehementer prohibere. Jam, alia Censura in hoc Symbolum nonnulli animadverterunt, quasi non impleat omni ex parte mensuras & leges Symbolorum Heroicorum. Prima objectatio cum rem quæ facta esse dicitur, involvat, ejus probatio unice Assertoribus incumbit, in qua cum deficiant, odio digni sunt, quod frustra obloquuntur, monendique, ut linguam futilem condant. Porro, ex Artis Symbolicæ Magistris, quorum plenum Catalogum simul init, docet P. Menestrier, Leges sive Requisita genuinorum Symbolorum esse omnino XII. Hæc, quia memoriæ sedulo infixi, ideo non despero, me ea mutato sermone, ordine redditurum.

Scilicet: I. *Figuræ quæ constituunt Corpus Symboli, debent esse jucundæ, honestæ, & oculis gratæ; hoc est, ut Paulus Jovius dixit,* Di bella vista. *II. Figuræ sunto noscibiles citra colorum aut verborum subsidium. III. Ita constituendæ sunt, ut in propria aliqua actione occupentur, minime tamen quid indecens referant. IV. Cum plures locum inveniunt Figuræ, mutuus inter eas exigitur respectus, ut junctim unam tantum actionem edant. V. Lemma esto paucorum verborum, in quo nihil abundet, nihil quoq; quod ad sensum animi exprimendum pertinet, desit. VI. Relationem ad se invicem Figuræ & Verba inferunto. VII. Verbis designanda actio aut proprietas Figurarum, ita tamen ut non tantum nullam ipsius Figuræ, sed ne ullius quidem rei, quæ oculis cernitur, mentionem contineant. VIII. Verba seligenda emphatica, significantia, quæq; sensum gignunt uberem. IX. Facienda quasi quædam antithesis & oppositio, quo vis augeatur. X. Nihil humile, nihil abjectum, nihil indecorum significetur. XI. Natura rei aut proprietas quæ Symbolo occasionem præbuit, ut vulgo nota sit, necesse est. XII. Cavendum ne Symbolum ea difficultate laboret, ut ad ejus interpretationem Oedipus requiratur, sed nec ita clarum sit, ac definitum, ut nihil intellectui cogitandum relinquat, cum aspectui proponitur.* Cum hæc sic recitasset, heus, dic mihi, inquit, annon ista omnia in Symbolum quod versamus apprime quadrent, & num quid habeas, quod contemnas. Sumto deinde in manus libro, jubet me attendere ad ista Præfationis: *La Devise du Roy que j'entreprens de justifier, plût d'abord, elle trouue dans le monde des approbateurs tandis qu'il n'y eut que le bon sens, l'esprit, et la Raison, qui en jugerent. On la mit en medailles, et en camayeux; on la fit paroitre par tout, & le sage Ministre, a qui les Sciences, les Arts, l'Etude, et les Academies doivent leur retablissement aussi bien que le commerce, en fit la marque glorieuse du plus illustre des Regnes, en ordonnant, qu'elle fût mise sur tous les ouvrages publics. Mais depuis que quelques esprits pleins de leurs fausses lumieres, prevenus de leurs erreurs, et d'ailleurs peutestre assez mediocres en sauoir, se mirent a la decrier aupres des Dames de la Cour, et de quelques personnes de qualité, on s'imagina qu'elle n'estoit plus aussi juste, aussi belle, et aussi spirituelle, qu'elle auoit paru d'abord. On voulut la degrader de l'honneur qu'elle auoit acquis d'etre la Devise du Regne, et si elle n'eut esté empreinte en tant d'endroits, sur l'or, le marbre, le cuivre et le bronze, qu'il estoit impossible d'en effacer le souuenir, on l'eust vûë peutestre obligée, de ceder sa place et son rang à d'autres Devises, que le caprice du temps, le mauvais goust de quelques personnes, l'intrigue et la cabale de quelques autres liguez ensemble pour se soûtenir et pour se donner du credit, vouloient faire*

passer

passer pour excellentes. Enfin la verité a preualu, cette Devise subsiste, et fait la Peinture du Prince le plus grand qu'on ait vû regner. Elle est dans tous les Etendards de ses Troupes victorieuses, qui ont obligé tant de Peuples a receuoir la Paix, que ce grand Roy leur a donnée par un excez de clemence et de generosité. On la void sur les Canons qui ont forcé les Villes de se rendre et de se soumettre à luy, durant les dernieres Guerres. Les fameux ouurages des Gobelins, où l'or, la soye, les pierreries, la peinture, & la sculpture ne font voir que des miracles, en nous representant la vie et les actions glorieuses de Louis le Grand, n'ont point de plus bel ornement que cet agreable Devise. On la void en mille endroits de Paris, du Louvre, de Versailles, & de S. Germain. Les étrangers l'ont tournée en toutes leurs langues; les Academies de delà les monts l'ont approuvée, nos vaisseaux l'ont portée au nouveau monde, et il n'y a plus de peuples qui ne l'ayent vuë, & qui ne l'ayent admirée. Folia aliquot vertens, legebat amplius ex ipso Operis contextu: *Toutes les Portes de Paris, qui sont autant d'Arcs de Triomphe, où les exploits merveilleux de cinq ou six Campagnes sont gravez; tant de Places fortifiées, tant de superbes Edifices, tant de Vaisseaux & de Galeres, tant de Meubles, tant d'Equipages, tant de Medailles, tant de Liures portent cette Devise empreinte, & l'ont fait connoître à tant de Peuples, & a tant de Nations, qu'il est important & pour la gloire du Roy, & pour l'instruction de la posterité, de justifier ce Symbole contre les accusations de quelques personnes, qui veulent luy ôter l'avantage d'être l'une des plus belles, & des plus justes Devises qui ayent jamais été portées par aucun Souuerain.* Denique volvendo iterum librum, incidebat in ista: *En attendant donc, que ceux qui ont blâmé cette Devise, en fassent de meilleures, je diray qu'elle est des plus justes, des plus heureuses, & des plus spirituelles. Qu'elle ne cede en rien aux Deuises qui passent pour merveilleuses, & qu'elle en laisse apres elle une infinité de celles qu'on a estimées. Qu'elle vaut toutes celles que portent à present les Souverains, & que ceux qui viendront apres nous, en feront peu de meilleures. Non seulement cette Divise est juste, propre, & élevée; mais elle est singuliere, cette pensée n'est point vne pensée retouchée, comme tant d'autres, qui ne sont que des redites, ou des imitations. Il y a plus de quatre cens Devises du Soleil. Mais de ces quatre cens Devises, qu'il y en a qui se ressemblent.* Hæc cum prælegisset, simul sermonem comprimebat, expectans auribus arrectis, quid essem responsurus.

Tum ego: Illud ante omnia sedulo monendum, nimis perperam id mihi factum videri, quod Vir Insignis sua hæc ita mi-

ſcuit, ut Chriſtianiſſimi Regis Majeſtatem quodammodo admiſceat. Enim vero, hæc ſacra & ſancta eſſe debet mortalibus omnibus, maxime vero iis, qui doctrinam profitentur. Quippe, ut alia, quæ mea tenuitas haud capit, verbis incomtis, & paupertina oratione non temerem, tanta certe extant illius in univerſum orbem Literarium, ex ſumma, & cujus ſimilem nulla unquam ætas vidit, liberalitate profecta merita, ut Apollinem Muſasque omnes iraſcentes habiturus ſit, qui, quoties occaſio datur, non in laudes ejus ſeſe reſolvit. Quamobrem, cum ipſe Chriſtianiſſimus Rex, aut aliquid Regium, conſiderationem Symboli ingreditur, nihil jam hercle mutire audeo, nec aliud mihi relinquitur, quam ut animo & corpore congeniculando, venerer illum Solem. Sed, ſi tanti fulgoris ferendi impar, in umbram me recipiam tenebrio, vel potius Academicus Recuperatus ingrediar ἄντρον ἐπήρατον ἠεροειδές, ἱρὸν Νυμφάων αἳ Νηϊάδες καλέονται, *Antrum amabile, obſcurum, ſacrum Nympharum, quæ Najades vocantur*, licebit utique Symbolum nudum & quale in ſeſe eſt, pauliſper contemplari. Atque, quia fatente Meneſtrier, hoc idem multi in ipſa adeo Gallia ante nos fecerunt, eadem me, quæ illos indulgentia, abſolvet. Quod, Tacito autore, M. Terentius Varro, cum ob familiaritatem quæ ei cum Sejano interceſſerat, in diſcrimen vocatus eſſet, Imperatori Tiberio ſcite non minus quam animoſe inculcavit: *Non eſt noſtrum æſtimare Cæſar, quem ſupra cæteros, & quibus de cauſis extollas. Tibi ſummum rerum judicium Dii dedere; nobis obſequii gloria relicta eſt*: Idem de Regum Symbolis, quatenus Scutis eorum appinguntur, ut profiteamur, ratio & conſilium ſuadent. Sed, cum extra hæc exhibentur, ad Symbolicæ Artis Regulas illa exigere, nemo prohibet. Johannes Galliæ Rex, ceu vetus & conſtans fama, quam tamen elevare nititur Meneſtrier, hactenus tulit, non ſibi tantum, ſed & Equeſtri a ſe inſtituto Ordini, pro Symbolo elegit Stellam lucidiſſimam, Corona ſuperne ornatam, inſcripſitque: MONSTRANT REGIBVS ASTRA VIAM: nec fuit credo, qui hoc calumniaretur, etſi ad perfecti Symboli normam iſta ſatis quadrare, ne ipſe quidem P. Meneſtrier conceſſerit. Fridericus

cus, Austriæ Archidux, & postea ejus nominis tertius Cæsar, de suo Symbolo, in libro quem propria manu descripsit, quemque mihi quondam Bibliothecam Imperatoriam lustranti, tractare versareque concedebatur, expressit sequentia:

Bey welchem Bau, oder auff welchem Silbergeschir, oder andern Klainoten, der Strich und die funf buechstaben stehen,

A. E. I. O. V.

Das ist mein Herzog Fridrichs des jungern gewesen, oder ich hab dasselbig bauen oder machen lassen.

Etsi vero ullum Symbolum, magis ab artis legibus quam hoc ipsum desciscens, ne fingi quidem potest, tamen quis vitio vertat Optimo Principi, quod illud in deliciis habuit? aut, quis tam vecors est, ut hujus Symboli luculentam expressionem, in porta exteriore per quam ad Palatium Imperatorium Viennæ patet aditus, ferat moleste? Patiamur ergo Reges & Principes in Symbolis suo abundare sensu, imo credamus insuper, sæpe divinum & vaticinum quid, iis inesse. Esto, nonnunquam forte fortuna & temere hæc effingi; unde non improbo illud, quod prioris ævi Summum Virum enunciasse nuper admodum legi: *Dicunt esse Symbolum filii Imperatoris, Regis Angliæ*, (ad Philippum II. Hispaniarum Regem, cum Mariam Magnæ Britanniæ Reginam in conjugio adhuc haberet, sine dubio respexit:) NEC SPE, NEC METV. *Nescio an tantum sit in eo roboris, ut nolit discedere a Recto, neq; Spe, neq; Metu*: **Die Herren haben unterwei** Symbola, **wie es kommt.** At, sunt profecto Regum Symbola haud infrequenter ejus generis, ut sedibus æthereis demissum Spiritum ea suggessisse, non obscure appareat. Apud Homerum, omnis profanæ eruditionis patrem, cum in convivio Sponsorum Penelopes, mirificus Cantor, Danaum adversa dulcisonis modis caneret, atque superveniens castissima fœminarum ideo irasceretur, & aliud melos illum ordiri juberet, eam his verbis Telemachus filius affatur:

Μῆτερ ἐμὴ, τί τ' ἄρ αὖ φθονέεις ἐρίηρον ἀοιδὸν
Τέρπειν, ὅππη οἱ νόος ὄρνυται; ὄ νύ τ' ἀοιδοὶ
Αἴτιοι, ἀλλά ποθι Ζεὺς αἴτιος, ὅστε δίδωσιν
Ἀνδράσιν ἀλφηστῇσιν ὅπως ἐθέλησιν ἑκάστῳ.

Mater mea, quid sane rursum invides jucundum Cantorem
Oblectare, quocunque illi mens impellitur? non sane Cantores
In causa sunt, sed interdum Jupiter in causa est, qui suggerit
Viris ingeniosis ita ut velit unicuique.

Et nos credemus, minus curæ Numini esse Reges aut Principes in Symbolis eligendis, quàm esse Cantores solent, cum inter temulentos de cantilena dispiciunt? Proinde, quoties recordor, Christianissimum Regem non fastidire Symbolum, in quo Sol in cœli axe constitutus, orbem terrarum collustrans, addita habet verba: NEC PLVRIBVS IMPAR, toties simul agnosco, tam argutum, sapiens, pulchrum, concinnum, planeque appositum id esse, ut nihil supra. In latebris vero nunc constituto mihi, & quia præterea ἠέλιος ἄρ ἔδυ καὶ ἐπὶ κνέφας ἦλθεν, *Sol occidit, & tenebræ subortæ sunt*, fas utique est effari, quid modeste in illo Symbolo, quatenus purum putumque existit, desiderem. Non enim Tyrannos patitur Musarum Respublica; dicere in ea, nisi pudor & honestas vetent, cuique conceditur, quod sentit, & ipse P. Menestrier quoque id sibi sumsit, ut in Imperatorum nostrorum, aliorumque Regum Symbola animadverteret. Quin, ita animum compono meum, quasi prorsus ignorem, eum, qui sceptra tenet, & populos subjectos imperio feliciter regit, Christianissimum Galliarum Regem, Symbolo quod versamus, præ aliis infinitis, quæ certatim Eruditi, delectando illi composuere, insigniter capi, nihilque ego sciam aliud, quam quæ Philippus Picinellus Mediolanensis in opere quod inscripsit, *Mondo Simbolico formato d' Imprese scelte, spiegate, ed illustrate*, affert, & quæ, ecce, noster, quem manibus tenemus Menestrier, sic ex illo repetit: *La giuditiosa prudenza, e fortezza d'un gran Rè, atta non che à governare un mondo, ma molti ancora, nelle di lui Medaglie vienne figurata con l' effigie del Sole, che sourastando al globo della terra, portava il motto:*

NEC

NEC PLVRIBVS IMPAR.

Impresa ben calzante à Filippo II. Rè delle Spagne, che seppe governare non che vasti e numerosi Regni dell' Europa, ma e quelli dell' Indie Orientali, e dell' Occidentali ancora, riuscendo

NEC PLVRIBVS IMPAR.

D. Saluatore Carducci in questo argomento così.

Phœbi jubar tam grande cœlo fulgurat
Vt pluribus nec impar extet orbibus,
Philippi imago, Sol Philippus sideris
Dum Regum Apollo luxit orbi plurimo.

Nunc, postquam a reprehensione mihi cavi, quamvis minime meditatus huc accedo, exponam tamen dubia, quæ obiter succurrent. Est, citra controversiam, omnium Symbolorum hæc suprema & præcipua lex, ut actio quæ significatur, ejus sit generis, ne rerũ naturæ vim inferat, aut aliquid valde enorme, & ἐκ τῶν ἀδυνάτων involvat. Nimirum, si Homerum audimus, κακὸν ἀνεμώλια βάζειν, *malum est incerta loqui*: nedũ ut ea asseverare nobis liceat, quæ fieri nulla ratione possunt. Non desunt autem, qui negant, unum Solem plures posse orbes terrarum regere, causantes, quod hi si dentur, nunquam eventurum sit, ut in suo statu perennet, hoc, quod certo ordine digestum est mundi corpus,

Lunaq; per totidem luces mutetur, & orbes,
Et natura vias servet, quas fecerat ipsa,
Nec tirocinio peccet.

Nempe existimant, non amplius futuras statas dierum atque noctium, ortus & occasus vices, sed utique eventurum, ut aliquos populos propter assidue obsistentes sibi invicem orbes, tristes perpetuæque umbræ premant, Solem nullo unquam tempore suis oculis usurpaturos.

Cæterum, fateamur nos unum Solem plures orbes regere posse, at quî pote ut unus homo id præstet? vetat id, haud quidem magnopere illud, quod Freinshemius ad Alexandri apud Curtium dictum, *Nec mundus duobus Solibus potest regi: nec duo summa regna salvo statu terrarum potest habere*, urget, non esse eandem homini,

quæ

quæ Soli ad orbem terrarum lustrandum fovendumque indefessam & stabilem facilitatem, quo omnes imperii sui partes pari celeritate & efficacia curet. Tanta siquidem gaudet pernicitate humana mens, ut Solem facile antevertat, & eapropter quiescendi aliquod spatium sibi sumere homo queat, cum Sol in opere suo occupatur. Apposite *Lactantius*, libro, qui in Vulgatis Editionibus, *de Opificio Dei*, sed in nostro MS. longe, nisi fallor, aptius, *de Opificio Hominis*, titulum habet: *An potest aliquis non admirari, quod sensus ille vivus, atq; cælestis, qui mens, vel animus nuncupatur, tantæ mobilitatis est, ut ne tum quidem cum sopitus est, conquiescat; tantæ celeritatis, ut uno temporis puncto cælum omne collustret: &, si velit, maria pervolet: terras, ac urbes peragret: Omnia denique, quæ libuerit, quamvis longe lateq; summota sint, in conspectu sibi ipse constituat?* Cæterum, si uni homini plures mundi regendi sint, id imprimis quæritur, quibus mediis tantum munus exequi debeat? Nisi enim, quis vias nobis ostendat, per quas ex uno orbe in alium mandata ope cursorum & internunciorum deferre, quomodo belli pacisque præsidia hinc inde communicare conveniat, non capimus illud in plures orbes sese extendere valens hominis imperium, nec debet inter ea referri, quæ effecta reddi possunt. At, dicat quis, huc evadere Picinellum, quasi non id significetur Symbolo, Philippum II. parem fuisse regendis plurimis mundis, sed tantum diversis multumque a se invicem sejunctis unius mundi regionibus, ut ita accipere Symbolum oporteat, quomodo capimus illud Poëtæ:

Et penitus toto divisos orbe Britannos.

Enim vero, si hæc intelligere jubemur, penitus actum fuerit de Symbolo, periitque omnis inter Solem & Philippum Regem similitudo. Nimirum, quis tam amens est, ut persuadere nobis laboret, Solem aptũ esse, qui varias Orbis Regiones pervagetur, cum per Orbem totum quantus quantus est, illum circumire, sciant etiam pueri, qui nondum ære lavantur? Vnde David, in Psalmo, quem Latini XIIX. numerant, de Sole pulcherrimis omnibusque notis verbis, magnifice prædicat: *Ipse tanquam Sponsus procedens de thalamo*

suo : Exultavit ut gigas ad currendum viam, a summo cœlo egressio ejus : Et occursus ejus usq; ad summum ejus : nec est, qui se abscondat a calore ejus. Quod si ergo verbis, NEC PLVRIBVS IMPAR, de Sole aliquid enunciatur, hoc illud fuerit, ea pollere ipsum virtute, ut pari quo nostrum Orbem regit modo, etiam alios insuper, si existerent, regere queat. Jam, hæc ad Philippum II. de quo communi sermone jactabatur, eum Sole, (cum nunquam illi occideret,) pro famulo uti, si quis applicare velit, manendum est intra Similitudinis terminos, dicendumque, Philippum æque ac Solem, multorum Orbium moderatorem ac rectorem esse posse; nec alium sensum, in cujusq; sani hominis animo, Symbolum progenerat. Dehinc, exigit Symboli Heroici conditio, ut ejus proprii, cui quartũ locum Dialecticorum filii assignant, indolem imitetur, nec nisi uni alicui homini definite ac distincte conveniat. Hanc ob causam, Solis imago, Symbolo omnibus numeris absoluto, materiem haud ita facile præbebit. Illum enim mundi oculum, ex quo Symbola primum excogitari cœperunt, statim promiscue, Maximi, Minimi, Medioxumi sibi vindicarunt, vindicantque sibi etiamnum, ut eadem propemodum Solis in Symbolis, quæ in rebus naturalibus aliis producendis, & fuerit hactenus, futuraque sit assidue fœcunditas. Nempe, quia Sol omnibus lucet, omnia fovet & recreat, nec uni mortalium magis propitium se exhibet, quam alteri; ideo omnes circa ejus effigiem, suo aut aliorum Genio accommodandam, aliquid sibi licere arbitrati sunt. Amplius, cum verbis, NEC PLVRIBVS IMPAR, duæ, ut ita dicam, figuræ cardinales, subjiciantur, hæreat quis primo obtutu, Soline magis an Orbi inscriptio conveniat, nam, geminum hunc sensum, & unum Solem plures mundos regere, & unum mundum a pluribus Solibus regi posse, lem̃a istud admittere, nemo ibit inficias. Non debet autem Symbolum Spectatoris animum suspensum reddere, aut trahere in diversa. Ad hæc, necesse est, ut inter Corpus Symboli, ejusq; Lemma, mutua sit & reciproca habitudo, ita, ut nec in Corpus, alia temere, quam quæ adjicitur, inscriptio, nec in Lemma Corpus aliud, magis aut æque quadret, quam quod cernitur oculis. At vero, Soli,
qua-

quatenus Orbem terrarum irradiat, præter illud, NEC PLVRIBVS IMPAR, sexcenta amplius obtigerunt lemmata. Ipsis autem illis verbis, NEC PLVRIBVS IMPAR, subjectum Solem, terræque Globum si quis abradat, & *Clavem, quæ omnes etiam diversissimorum generum Seras adaperit*, quam Galli *Passe-par-tout*, nostri, ex ignota mihi ratione, einen Dieterich/ vocant, aut, *Speculum, quod quascunq; rerum effigies, & recipit, & refert*, in locum reponat, non dabit se fortasse nimis turpiter. Omnium vero optime Lemmati, NEC PLVRIBVS IMPAR, conveniet cum *Luna noctiluca, clarum os extra nubes proferente, & pariter Orbem terrarum subjectum habente.* Tenet enim Luna divisum plane cum Sole imperium, quippe, ceu Moses nos docet: *Fecit Deus duo Luminaria magna: luminare majus, ut præesset diei: & luminare minus, ut præesset nocti.* Quod si igitur tanta vis Soli inest, ut interdiu pluribus terrarum orbibus regendis par sit, non debet eadem Lunæ denegari, ad noctu faciendum officium. Nec aliud, si plures orbes existere contingat, futurum, ipsa sana ratio suadet, nisi asserere velimus, in aliis a nostro separatis orbibus degentes homines, recedente Sole, assidue premi caliginosa nocte, quæ terras horribilibus tenebris involvit. Postremo, non id nobis placet, quod verba, NEC PLVRIBVS IMPAR, nullum e Veteribus autorem habent. Nam, in Symbolica arte, nihil nunc dicendum est, quod non prius, aut a Veteri Vulgato Sacrarum Literarum Interprete, aut a Scriptore aliquo profano Classico, maxime vero Poëta, dictum sit, nec apte sonant recentia, auribus delicatis. Hæc sunt, quæ circa Symbolum, quod nos occupat, scrupulos mihi injiciunt, eos, sive tu, o noster *Stoberline*, sive alius benigne eximet, magnam apud me, solidamque inibit gratiam.

Cæterum, *Stoberlinus*, moto leviter capite, te quidem, ait, cum tua scrupulositate dignum odio reputaverim, nodum in scirpo quæris, novasque penitus inducis leges in Artem Symbolicam, citra Quiritium suffragium. Nihil eorum, quæ tute exigis, a rerum istarum peritissimo Menestrier tradita, postulant. Ego, sermonem reassumens, hanc, inquiebam, suspicionem a me procul

remotam velim, quasi novas Symbolorum leges moliar, illas ser-vandas censeo, quæ pridem fuere latæ. Nam, quod ad P. Menestrier attinet, ille paucas tantum, ex multis nobis proposuit, &, quantum apparet, eas selegit de industria, quas Symbolum, cujus defensionem ipse susceperat, non migrare animadvertebat. Tractavit illud de Symbolis struendis argumentum, eleganter & solicite, Vir magnæ eruditionis, & inusitati cujusdam acuminis, Italiæ decus præclarum, EMANVEL THESAVRVS, *Comes Sarmatoris, ac Eques Magnæ Crucis Sanctorum Mauritii & Lazari*, qui me olim Augustæ Taurinorum, per annum fere integrum degentem, inter cariores admittebat, in scito, nec unquam satis laudando libro, cui nomen fecit, *Il Cannochiale Aristotelico, ò sia, Idea dell' arguta ed ingeniosa Elocutione, che serue à tutta l' Arte Oratoria, Lapidaria, ed Simbolica*. Dolendum, egregii Commentarii, qui Venetiis A. MDCLXIX. quintum impressus fuit, in Germania ægre haberi copiam, & si haberetur, paucis esse intelligibilem. Haudquaquam sum tam expromta memoria, ut leges omnes Symbolorum Heroicorum, quæ in istum non descriptæ tantum sunt, sed præterea argumentis confirmatæ, ac illustratæ exemplis cernuntur, edisserere queam in præsentia. Id tantum scio, longissime leges hasce superare numerum in quo P. Menestrier sistitur, duodenarium, & tantæ difficultatis opus esse, Symbolum plene planeque perfectum excogitare, ut Illustris Thesaurus denique profiteatur, ingenii humani aciem ei rei vix ac ne vix quidem sufficere, nec ex infinitis Symbolis, quæ ad ejus pervenere notitiam, aliud ullum repererit, præterquam unam & solam Ludovici XII. Galliarum Regis Histricem, aculeos suos quaquaversus vibrantem, ac verba, EMINVS ET COMINVS, inscripta habentem, quod ad veri Symboli excellentiam assurgat, etsi ne hoc quidem a defectu usque quaque immune arbitratur. Cras, cum supremæ rursus horæ nuncius Hesperus orietur, te iterum conveniam, mecumq; adducto libro, quem ab aliquo incolarũ hujus urbis possideri scio, in eo legendo nos delectabimus, &, ut major tua sit voluptas, postremo repræsentabo tibi Symbola duo, quorum his proximis diebus

mentē ſubiit cogitatio, ea, etſi nondum ad Theſauri regulas exegi, nec enim tantum ſpatiū, rebus aliis occupato mihi, fuit conceſſum, tamen auſim confidere, non nimis ab iis aberratura. *Stoberlinus* ſubridens, vide, inquiebat, ne illi tui circa Symbola excogitanda auſus, ſint calidi nimis, quibus fortaſſe excides: atque P. Meneſtrier, noſtram gentem propemodum extra cenſum illarum Nationum ponit, quibus tantopere de meliore luto præcordia æquus Jupiter effinxit, ut aliquid poſſint circa Symbola Heroica conari. Ain tu, reſpondebam ego, hoc ipſum facere? non enim memini, tale quid me obſervaſſe. Vtique, ſubjiciebat *Stoberlinus*, videtur ſic animatus fuiſſe, nam ſolis Italicis & Hiſpanicis ingeniis vim eam tribuit, quæ ad Symbola effingenda valeat, quod, parum abfuit, quin graviter aliquantulum ferrem, prorſus quaſi nos Germani, cum aliis ad Septentrionem populis, ad cucurbitas pingendas aptiores eſſemus, quam ad Artem Symbolicam. Fieri poteſt ut fallar, hoc tamen ipſum voluiſſe exiſtimaverim, cum de Symbolo cujus vindicem agit, ſic loquitur: *Enfin, que l'on diſe ce qu'on voudra de cette Deviſe, je ne puis m'empêcher d'en dire ce que Domenichi dit de celles de trois de nos Rois, dans le Dialogue de Paul Jove, de trois Deviſes de nos Rois; qu'elle eſt ſi belle, ſi juſte, ſi ſpirituelle, & ſi bien tournée, que je ne ſçay, ſi toute la ſubtilité des Italiens & des Eſpagnols en pourra faire de plus belles.* Domenichi: *Senza fallo queſte trè Impreſe de queſti trè Rè Franceſi,* Louis XII. François I. & Henri II. *hanno a mio parere tutta quella grandezza, che ſi ricerca, ſi di ſogetto, e viſta, come di ſpirito e ſignificato; e non sò ſe gli argutiſſimi Spagnuoli v'aggiungeranno.* Sed, non prorſus congruunt iſta Dominici apud Jovium verba, cum prioribus P. Meneſtrier, nec fruſtra ipſe, Hiſpanis, Dominico memoratis, Italos inſuper adjunxit. Quanquam, non eſt, ut hiſce immoremur, tu modo, fac promiſſi tenax ſis, exſpectatus advenies, atque, ſi Symbolum mihi contemplandum dabis, quod menſuram omnem artis implebit, donabo te Numo illo, cujus tam cupidum ſæpe te oſtendiſti, aureo. Scis, quem innuam, eum nimirum, qui parte anteriore refert Guſtavi Adolphi incluti Sueciæ Regis imaginem; parte, vero averſa, Regni Suecici Inſignia, quibus hinc Sulphuris, inde

Mercurii, Chymicæ notæ adduntur, exhibet: cujus generis Numis, non a Natura, sed Arte præparatum Aurum, materiam præbuisse, ita invaluit opinio, prope jam ut pro veritate habeatur. Cum dextras junxissemus, discedebam, nec mora, postera die, condicto tempore affui, offendique *Stoberlinum* me præstolantem; qui, post mutuam salutationem, percontabatur, num Thesauri librum nactus essem? Vtique, subjiciebam ego, &, si vacat, ei legendo nos addicemus, nam Lectorem a mentis perturbationibus immunem, & attentum desiderat. Reponit *Stoberlinus*: pridem ex animo omnem ejeci solicitudinem, & totum me paravi, ad cognoscendum Symbolicam artem. Lege igitur, ego attendam ad tua dicta, cum judicio.

Mox evolvens ego tractationem, quæ inscribitur, IDEA DELLE ARGVTEZZE HEROICHE, CHIAMATE IMPRESE, eam prælegebam a capite usque ad calcem.

Est vero omnino operæ pretium, inserere hic aliqua in Latinam conversa Linguam, quæ Eruditissimus Thesaurus vernacula sua proposuit, sed ita, ut summa tantum capita delibando, breve velut florum efficiam corpusculum. Nam, qui plura, & rerum insuper testimonia, deposcunt, ipsum adeant licet, ubi deprehendent, jampridem Aristotelem, etsi in argumentis aliis versantem, præcepta quæ ad Symbolicam artem attinent, fere omnia & singula dilucide inculcasse. In compendium redacta doctrina, hæc est:

IDEA
ARGVTIARVM HEROICARVM, QVÆ ITALIS DICVNTVR IMPRESE.

HAud melius edoceri potest Ars Symbolica, quam si Idea Symboli perfectissimi proponatur. Quia enim Symbolorum quæ quotidie spectamus, alia magis, alia minus scita deprehenduntur, defectuum autem, nec scientia est, nec numerus definitus, & insuper circa Definitionem ac Præcepta Symbolorum mire variant Autores, necesse fuerit, conficere Ideam, in qua omnes perfectiones concurrunt. Eæ vero, etsi singulæ non sunt de essentia Symboli, essentiam tamen Sym-

boli perfectissimi ingrediuntur. Atque, utut fere impossibile est, ob ingenii humani, limitati nimirum, imbecillitatem, & subjecti, quod omnes circumstantias sæpe non admittit, repugnantiam, attingere hanc Ideam, constabit sic nihilo secius, propius ad eam accedentia Symbola, meliora, deteriora esse, quæ abeunt longius. Nempe, pari modo Plato Rempublicam quoque, Cicero Oratorem, Aristoteles Tragœdiam, in Ideis nobis repræsentarunt.

Symbolicæ Artis, nulla Veterum extant præcepta, etsi ipsa una cum Poësi & Pictura, simul in dias luminis auras prodiit, adeoque stultum sit, ejus alium Autorem, quam Naturam quærere, quæ omnes omnium ætatum gentes, ad IMITANDUM pellexit. Hinc nullum Græcum aut Latinum Poëma tam ineptum reperitur, quod non Symbolum aliquod, aut Emblema sapiat, quæ tamen solum Ingenium, non vero Ars condivit.

Proinde, quanquam Symbola jam inde a vetustissima memoria fuere efficta, Ars tamen illa adornandi, non nisi superiore Seculo, quod æque bellicarum turbarum, ac eruditionis ferax fuit, prognata. Cum enim Duces, armis, Literati, ingeniis inter sese certarent, occupavit animos æmulatio, animandi Signa Militaria acutis & pungentibus argutiis Symbolicis, quibus sese mutuo feriebant, & majora sæpe vulnera invicem infligebant, quam suis telis. Scilicet, Paulus Jovius Comensis, vir perspicax & eruditus, primus parens fuit hujus artis, ad Andreæ Alciati Nobilis Mediolanensis, qui argutias Morales, quæ *Emblemata* vocamus, repererat, imitationem sese componens. Quippe, ad rogatum, multorum toga sagoque conspicuorum Virorum, Symbola varia Heroica, sive composuit, sive collegit, atque, illa secum perpendens, primus legum eorundem, quædam scabra rudimenta effinxit. Quamobrem, idem circa Symbolicam, quod circa struendarum Navium artem, accidit, quarum tabulatum cum invenisset Atlas, alii deinde Remorum, rursus alii, gubernaculi, denique quidam Velorum, ut ventorum flatu propellerentur, ceu facile est inventis aliquid addere, fecerunt accessionem. Complures enim e Literatis, Jovii vestigia sequendo, limam adhibuere ab illo traditis, ac sensim præcepta Artis elegantissimæ expoliverunt, ita tamen, ut opinionibus, nimis diversis fuerint præditi. Ex mihi lectis, recentissimus pariter atque optimus est, SCIPIO BARGAGLI, qui tamen non dissimulat, multa se reliquisse aliorum industriæ, ut experiantur, num propius scopum petere queant.

METHODUS INVENIENDI DEFINITIONEM SYMBOLI PERFECTISSIMI.

Quemadmodum omnis Ars, sive Liberalis, sive Mechanica, nihil est aliud, quam ordinata series Præceptorum, quæ ad opus aliquod diriguntur,

guntur, omne autem Præceptum, ex Definitione ipsius Artis, ejusque Objecto prognascitur, ita, nisi Definitio in aprico posita sit, Ars ipsa tenebris occulitur; Definitione autem reperta, Præcepta nullo negotio inde derivantur, & expediuntur difficultates. Hanc ob causam, Aristoteli Definitio dicitur, & principium, & plus quam dimidium operæ. Is vero, tribus faculis utitur, ad pervestigandas definitiones rerum, quæ in obscuro latent. Vna harum est, ETYMOLOGIA NOMINIS. Cum enim Nomen inventum sit, ut nota rei significatæ existat, consequens est, nisi absonum fuerit, brevis ac confusæ Definitionis, vicem suppleat. Alteram faculam, præbet EXEMPLVM INDIVIDVI alicujus, quod in fama ac laude est hominum. Hac ratione, ipse Aristoteles, Sophoclis Oedipum, & Homeri Iliada, tanquam examussim optima exempla, sibi proposuit, secundum quæ, Comœdiæ ac Epopoëiæ proprietates definiret. Vltima facula habetur, COMMVNIS OPINIO eorum, qui bene aut secus de re judicarunt; cum fieri nequeat, ut quisque semper, & ubique circa eam fallatur. Atque his maxime mediis, indagare nos oportet, reconditam Definitionem Symboli perfectissimi.

DE NOMINE SYMBOLI HEROICI.

Heroica Symbola, natales suos debent *Scutis Heroum*; unde Plinius Secundus, reprehendit perversam subtilitatem Grammaticorum, *Clypeum* a *Cluendo*, ob politi chalybis fulgorem, derivantium; habet enim omnino originem, a Græco γλυπτὸν, quod figuram sculptam innuit. Nimirum, antiquissimis temporibus, inglorius & ignobilis is miles erat, qui *Scutum album*, hoc est nullo Symbolo decoratum, gestabat. *Græci* itaque, notas Scutorum vocabant, ΤΑ' ΓΛΥΠΤΑ' *a Scalpro*, sive, *Instrumento*, quo incidebantur; item ΣΥ'ΜΒΟΛΑ, quo nomine Herodotus Cariæ Equitum notas militares appellat. Et Plautus, ἀποσφράγισμα Sigilli militis alicujus designans, ait: *Miles hic reliquit Symbolum impressum in cera*. Atque hæc denominatio, ad *Formam*, generali notione acceptam, pertinet, quia Symbolo, hoc est signo manifesto, abditi sensus significantur.

Virgilius, *Latino* sermone, Symbolum Heroicum, SPECIMEN vocavit, de Sole loquens, qui, in Latini Regis galea effulgebat. Alibi, ARGVMENTVM appellare maluit; signum, quod Turni Scutum occupabat, quodque bos formosa Jo erat, descripturus. Vox *Specimen*, idem sonat ac *Symbolum*; verbum *Argumentum*, ad *Formam* intrinsecam pertinet, innuens, ex figura visibili, argumentum capi de sensu, qui oculis minime cernitur.

Italis Symbola Heroica significanter admodum dicuntur IMPRESE, ex *Causa Finali*, quæ est conatus aliquis Heroicus. Friget enim illorum Etymon, quibus *Impresa* a Latino *Impressio* transumtum videtur, nam sic *Impressa* enunciandum foret, non *Impresa*.

Galli, Symbola vocant ARMOIRIES, quia Scutis Gentilitiis, quæ *Materiem* præbent, imprimuntur: item DEVISES, quod est a *Deviser*, argute loqui, ut sic proprie ad Lemmata respectum involvat denominatio.

Ex his appellationibus omnibus cordatus Lector generatim id colligat, *Symbolum esse notam aliquam, quæ in Scuto, conatum Heroicum sive perpetratum, sive meditatum, significat*.

QVALE SYMBOLVM SPECIATIM PRÆ ALIIS, SAPIENTVM APPROBATIONEM MERVERIT.

Inter Symbola quotquot extant, publica fama palmam tribuit *Ludovici XII.* Galliæ Regis Symbolo, quod erat *Histrix*, undique aculeos jaculans, cum lemmate: EMINVS ET COMINVS: hoc est: *Feriam inimicos meos, prope & procul constitutos*. Paulus Jovius, primus architectus hujus artis, ait, ei inesse *singularem pulchritudinem, speciem, & significatum*. Bargagli, qui arti ultimam manum imposuit, asserit, *non tenere illud inter Symbola locum secundum*. Generatim omnes Scriptores, imo Homines omnes, sive excelsi, sive mediocris ingenii, illud suspexere; quin adeo inimici Regis, metuebant id æque ac collaudabant.

Interim certum est, circa Symboli hujus *Autorem* & *Significatum*, nimis diversas se offerre opiniones, quas exponere necesse est, ut de Acumine ejus plane constet. Compilator Hieroglyphicorum, quæ Pierio subjunguntur, tribuit illud *Regi Ludovico XI.* comminanti Carolo Burgundiæ Duci, *se ipsi prope & procul nociturum*. At, a Tipotio contra, adjudicatur *Carolo Burgundo*, jactanti, se *Ludovicum prope, & Imperatorem e longinquo petiturum*: audaci expressione, & Carolo Audace digna. Monreale, Sanmartani, & Autor Relationis Statuum, Autorem Symboli constituunt *Carolum Ducem Aurelianensem*, edicentem Duci Burgundiæ, ejusque asseclis, *se futurum implacabilem ultorem paterni sanguinis*. Cæterum, Jovius, ceu dictum, Capacci, Bargagli, Paradinus, & alii complures, *Ludovico XII.* inventi gloriã deberi contendunt, indicanti, *se, cominus armis propriis factiones Gallicas debellaturum, eminus incommodaturum Italiæ, negotiationibus, & penna*. Quidam, conciliantes oppositas sententias, *Carolum Aurelianensem* repertorem Symboli, *Ludovi-*

cum imitatorem prædicant, atque addit Paradinus, Hiſtricem fuiſſe Inſigne Bloſiorum civitatis, quam Ludovicus jure hereditario obtinuerat: eaque circumſtantia notabilis eſt, ad augendum acumen. Autor Relationum, aliam itidem circumſtantiam prodidit, ſimiliter obſervatu dignam. Nimirum, Ludovicum Regem, diu *Hiſtrice Coronata* cum lemmate *Eminus* & *Cominus*, pro Symbolo uſum eſſe. Sed, poſt prælium Ravennatenſe, quo gloriabatur ſe Caroli IIX. & Anteceſſorum clades expiaſſe, ſubſtituiſſe lem̃a: VLTVS AVOS TROIÆ: innuendo, *Hiſtricem ſuam ſatis procul ſpicula jactaſſe*, & alludendo ſimul ad communem opinionem, quæ fert, Regiam Gallicam Familiam, a Phrygiis Heroibus deſcendere.

Quamobrem, penitius conſiderando Symbolum hoc, principio obſervamus, ejus *Significatum*, eſſe plane Heroïcum. Nam, ſic explicante illud Compilatore Hieroglyphicorum, *rara Principis laus eſt, conjungere Fortitudinem & Conſilium*, cum hæ dotes etiam ſeparatæ, ſufficiant ad gloriam conciliandam.

Cominus ut pugnat jaculis, atq; *Eminus*, Hiſtrix;
Rex bonus eſt *Armis*, *Conſiliisq;* potens.

Verum, ſubtilius alii interpretantur apud Paradinum, quod, *ſicut aculeis Hiſtricis, quamvis acutiſſime pungant, vis tamen ſanandi ineſt*, atque ſic lanceæ Achillis in modum, & ſagittæ & medicamenti uſum præbent, ita *Arma illius Regis, tam Bellum, quam Pacem procuraverint*,

Et Vita ex noſtro vulnere, Morsq; redit;

uti erat Regis illius ſtudium, juvare oppreſſos, male mulctare opprimentes.

Porro, longæ plurimæ perfectiones ſeſe offerunt in *Corpore* Symboli. Eſt enim FIGVRA *nobilis, ſcita, arguta, & erudita*, ac vehementer Militiæ convenit. Scilicet, nihil mirabilius, nihilque pulchrius, quam intueri bellicoſum hoc animal, quod galeam capite, terrorem aſpectu, ignem oculis, & agmina haſtarum corpore oſtentat: cumque ſibi pharetra, arcus, & ſagitta ſit, transfigit vicinos impulſu, in remotos jaculatur telorum denſiſſimam multitudinem, tanta arte, ut ne Parthicus quidem Sagittarius, de induſtria oculum & manus collimans, magis apte ſcopum ferire queat. Jam, præter egregiam *Proprietatem*, habet inſuper Corpus hoc Symbolicum, *peraquam Proportionem*, eſtque tam luculentum, ut cuicunque *Scuto, Signo militari*, & *Sago* inſeratur, micet, atq; oculum ſpectantis venuſtate impleat, animum horrore.

Neque vero minores LEMMATIS adjecti ſunt perfectiones. Quippe, principio bina Adverbia EMINVS & COMINVS, citra concurſum Verbi, formant argutum Laconiſmum, qui cogitandum relinquit, quod

non

non proloquitur,& omnino tamen edisserit,quod alius mente concipit. Porro,sonus verborum est harmonicus per *Oppositionem*, & convenienti *Quantitate*, ut non minus oculo,quam auribus se commendet. Auget valde Lemmatis speciem, quod illud non noviter excogitatum, sed ab Autore illustri suppeditatum, deprehenditur. Sive is Livius fuit, cum lib. 24. de mirandis Archimedis machinis, quibus Marcellum Syracusas oppugnantem, infestabat, sic loquitur: *Sed ea quoq; pars omni Tormentorum apparatu instructa erat: qua non* EMINVS *tantum, sed* ET COMINVS *tela mitteret.* Sive insignis Poëta Lucanus, describens libro 4. prælium, quo Curio ab Africanis trucidatus est, ubi inter alia ait:

——— *Sic undiq; septa Juventus,*
COMINVS *obliquis*, ET *rectis* EMINVS *hastis,*
Obruitur.

Addit hæc vetustas Lemmati gravius pondus *Autoritatis*, majorem gloriam *Eruditionis*, ostenditque *Ingenii* excellentiam. Longe enim facilius est,mille Lemmata ex suo edere cerebro, quam unum e Classico Autore producere, quod quasi in nostri gratiam videatur literis consignatum.

Quamobrem, ego sic existimo,decantatam *Histricem*, in Symbolo Ludovici Regis,suo merito fuisse coronatam, illique convenire nomen Symboli Regii,& Reginæ Symbolorum. Vnde, si recte perpendantur illius perfectiones,manifestum evadet,illud solum plus in hac arte docere nos posse,quam librorum strues immensa. Sed, nimis felix foret, si summæ illius perfectionis ideam attigisset,quam nos credimus esse inaccessam. Igitur, uti Aristoteles,ex perfectione Oedipi Sophoclis, pervestigavit Definitionem Ideæ Tragœdiarum, formata autem Definitione,ἀποδεικτικῶς retrogreditur, defectus ipsius Oedipi commonstrans: ita nos,utemur cultissimo hoc Symbolo, ut Definitionem assequamur nobilissimæ Ideæ, scrutaturi tamen postremo,num nævus aliquis ei insit,& revelaturi ope Tubi Optici Aristotelici, maculas ipsius lucidissimi Solis.

COMMVNES AVTORVM CIRCA SYMBOLA OPINIONES.

Equidem,apud Autores,qui mihi de Arte Symbolica,ad Bargaglium usque,(post hunc enim, quia jam Ideam Materiæ hujus formaveram, nolui alios adhibere in consilium,)lecti,inter ea,quæ concordibus suffragiis decisa habentur,reperi, I. *Dari aliquam* ARTEM *Symbolicam.* At, non definiunt, num Rhetoricæ, an vero Poësi orginem debeat; quæ consideratio necessaria est,ut præcepta ex suo fonte arcessantur.

II. *Symbolum esse* SIGNVM, *ad id directum, ut quod nos sentimus, alterius animo manifestetur.* At, dubium relinquitur, num *Signum* hoc, æque possit esse Genericum ac Specificum; Compositum, ac Simplex; Vocale, ac Visibile.

III *Sensum animi, qui significatur, debere esse* HEROICVM, *unde Symboli Nomen & Origo profluxere.* Superest vero controversia, num *Sensus* ille debeat esse Vnus, an Multiplex; Vni soli proprius, an multis communis. Item, num præter Bellicas notiones, se diffundat ad eas, quæ a Pietate, Sapientia, Amore proficiscuntur, atque sic tam ad aliorum Vitia, quam proprias Virtutes se porrigat.

IV. *Symbolum esse rationem significandi sublimem &* INGENIOSISSIMAM. Sed, non explicant, in quo illud acumen ingenii consistat. Imo, nec docent, an Hieroglyphica, Insignia Gentilitia, & Emblemata, species sint, secundum essentiam, aut secundum accidens a Symbolis differentes.

V. *Ad Symbolum requiri Figuram aliquam* CORPORIS. Non conveniunt autem, num e Corporum censu ejicienda sint Humana, Abstracta, Chimærica, item ea, quæ corpus non habentia, uti Dæmonas, Angelos, Numen, figurant.

VI. *Vt Corpus* SIMILITVDINEM *contineat, quæ in proprietate aliqua fundatur.* Adhuc igitur sub judice lis est, num admittantur *proprietates* creditæ, sed reapse non existentes; item fabulosæ, aut, per meram potentiam tales. Porro, num significare liceat *Dissimilitudinem, Contrarietatem, Negationem*, aut *Identitatem*.

VII. *Necesse esse Corpori adjungere* DICTVM seu LEMMA, ut ita ex Verbis Figuræ junctis, sensus integer emergat. Interea loci non conveniunt, num Lemma ad Symboli substantiam, an vero decorem tantum pertineat: nec minus, circa numerum verborum, & claritatem in partes scinduntur.

IIX. *Symbolum esse compositum argutum*, CORPORE & ANIMA *constans.* Disputant autem, quid *Anima*, quid *Corporis*; quid *Subjecti*, quid Objecti; quid denique *Materiæ*, quid *Forma* vicem subeat.

Sic pugnant Autores inter sese, Andabatarum more, clausis oculis: quæ difficultates omnes evanescent, simul ac *Perfecta Idea*, se nobis conspiciendam præbebit. Sufficiat tantisper, ex *Nomine, Exemplo, & Communi Autorum Opinione*, hausisse nos generalem hanc notitiam:

SYMBOLVM *esse expressionem Heroici alicujus sensus, factam a mente nostra, non verbis propriis, sed per Figuram.*

THE-

THESIS FVNDAMENTALIS.

SYMBOLVM PERFECTVM CONSISTIT IN METAPHORA.

Id evidenter comprobat *Metaphoræ Definitio*, quæ est, *quod significet rem aliquam, beneficio alterius*, minime vero verbis propriis. Proinde, si dixisset Ludovicus Rex: *Prosternam inimicos propinquos ac remotos*: is sermo proprius erat & communis. At, ut hæc significet, monstrat nobis imaginem *Histricis*, quæ prope pungit, & aculeos eminus vibrat, quod *Metaphoram* involvit, *Symbolumq;*. Hinc igitur prognascitur suavitas, quam Symbola pariunt. Cum enim Objectum terminis propriis designatur, se tantum innuit: cum per Metaphoram, duo Objecta indicantur, sese mutuo complectentia. Scilicet, Regem *Histrix*; Arma, *Aculei*; Victoriam, *Punctiones* notant: id quod ingenio hominis, natura sua res multas minima molestia comprehendendi cupido, evadit gratissimum. Atque non posset Symbolo magis scito Rex Bellicosus designari, quam sæva Histrice, de qua Claudianus:

Militat omne Feræ corpus: vibrataq; rauco
Terga fragore sonant, stimulis accensa tubarum.
Agmina collatis credas confligere signis.

THESIS SECVNDA.

PERFECTISSIMVM SYMBOLVM EST METAPHORA PROPORTIONIS.

Metaphora Proportionis fundatur in *similitudine duorum Subjectorum diversi generis, ob Proprietatem aliquam Analogicam.* Sic *Achilles* & *Leo* inter se conveniunt *animositate*, ut hac ratione, Achillem, *Leonem Græcorum*, Leonem contra, *Achillem inter feras* appellare liceat. Attributionis Metaphora, fundatur in *qualitate aliqua, cum Subjecto suo conjuncta*: uti cum *Gladio*, Belli; *Instrumento*, Operis; *Parte*, Totius; *Abstracto*, Concreti fit indicium. Vtraque Metaphora Symbolis argutis ansam præbet, atque Attributionis Symbolum fuerit, si *Penna & Gladius conjungantur*, cum Lemmate: EX VTROQVE CÆSAR, ut per Instrumenta illa, insignis scribendi & belligerandi peritia, explicetur.

Proportionis Symbolum exhibet Emanuelis Philiberti Sabaudiæ Ducis *Elephas*, cui inſcriptum: INFESTUS INFESTIS; ubi reſpectus habetur, ad proprietatem eum tantum offendendi, qui prior offenderat. Eſt autem Symbolum Proportionis perfectius, quovis Symbolo Attributionis, quia Metaphora Proportionis omnes alias antecellit; cum majorem ingenii perſpicaciam arguat, obſervare ſimilitudinem inter duo Subjecta longiſſime ſejuncta, quam Subjecto adhærentem qualitatem. Quod ſi Symbolo Proportionis, Attributio accedat, intenditur acumen. Sic ſe habet Symbolum ejusdem Emanuelis Philiberti Ducis, adhuc juvenis, quando vires ejus, non vero animus, Magni cujusdam Regis potentia opprimebantur. Pingebat enim *Arma* ſua, *Velo* obtecta, addebatque: CONDUNTUR, NON RETUNDUNTUR. Neque vero deſtituitur hac perfectione Regis Ludovici Symbolum. Cum enim Hiſtrix eſſet Inſigne ſui Ducatus, Metaphoram Attributionis præbet. Jam, habito reſpectu ad proprietatem cominus & eminus feriendi, ſubſternitur Attributionis Metaphora, Metaphoræ Proportionis, & quoniam Figura Figuræ, Lumen Lumini accedunt, increſcit argutia.

THESIS TERTIA.

PERFECTISSIMUM SYMBOLUM EST METAPHORA PROPORTIONIS, ARGUMENTI RATIONEM HABENS.

Metaphora Proportionis triplicis eſt generis. Unum, conſiſtit *in ſimplici Verbo Metaphorico*, provenitque ex prima mentis operatione, uti, ſi pro *Ira*, quis *Ignem* nominet. Alterum, ſecunda mentis operatione, efformatum, complectitur *Propoſitionem Metaphoricam*, qualis hæc: *Ignis gladio non eſt fodiendus*; ad indicandum; *Irritanda non eſt Potentum ira*. Ultimum eſt *Argumentum Metaphoricum*, confictum in ſuprema ſphæra intellectus; uti, ſi dicas: *Quaris cur Saguntum arſerit? Romanorum* * *ignem gladio foderat*. Atque hæc Metaphora cum ſit perfectiſſima, eam Symbolum quod in illa fundatur, depoſcit: & hanc ob cauſam Latinis Symbola, ſignificanter, *Argumenta* dicta ſunt. Videlicet, Symbolum perfectum, Imago, ſive Argumentum eſt a ſimili, quod pro baſi habet Axioma illud proportionis, ab Ariſtotele in Arte Poët. c. 20. inculcatum: *Quomodo ſe habet Secundum ad Primum, ſimili ratione ſe habet Quartum ad Tertium*. Uti, ſi colligas: Sicut *Aculei* ſunt Arma *Hiſtricis*; ſic *Arma*, ſunt *Aculei Ludovici*, terminus Secundus Primo, & Quartus Tertio reſpondent. Quapropter nulla unquam Symbola perfecta

* Fortaſſe legendum *Carthaginenſium*.

fecta censenda sunt, nisi in quibus quatuor terminorum ad quatuor digitos fieri potest numeratio, sequentem in modum: *Sicut Histrix pungit cominus & eminus aculeis: ita Ludovicus cominus & eminus vincet armis.*

THESIS QVARTA.

HOC ARGVMENTVM EST POETICVM.

Aristoteles l. 3. Rhet. c. 4. docet, dupliciter uti nos posse *Imagine*. Semel, quando unius Objecti cum altero, fit comparatio: Verbi causa, *Ludovicus est similis Histrici.* Altero cum fingimus, quod unum objectum sit alterum: Exempli gratia: *Ludovicus est Histrix.* Prior locutio suppeditat Argumentum Proprium & Oratorium, hoc modo: *Ludovicus similis est Histrici: etenim, uti Histrix cominus & eminus ferit aculeis; ita Ludovicus superat vicinos pariter & remotos inimicos, armis.* Posterior, gignit Argumentum Metaphoricum & Poëticum, formæ istius: *Ludovicus Histrix est: Quamobrem feriet inimicos vicinos, & remotos.* Atque hæc Propositio figmentum est Metaphoricum, & ideo Poëticum, est enim fictio de essentia Poëseos. Oratores contra, utuntur voce *Comparationis* indice, quæ proprie Metaphoram & fictionem excludit. Est igitur Symbolum *Argumentum Poëticum*, quippe, non utitur voce Comparativa, sed proponens tibi Histricem, vult ut existimes, hanc esse Regem Ludovicum: eo modo, quo Pictura, tibi persuadere nititur, fictum, esse verum; & Metaphora, Achillem esse Leonem. Id autem concluditur Paralogismo, ex tribus ajentibus in Secunda Figura composito, quasi quis dicat: *Leo est ferox: Achilles est ferox: Ergo Achilles est quidam Leo. Histrix ferit eminus & cominus: Idem hoc facit Ludovicus: Est igitur Ludovicus, omnino Histrix.*

THESIS QVINTA.

SYMBOLVM EST COMPOSITVM QVODDAM, EX CORPORE ET ANIMA.

Quodque verbum, sive ore prolatum, sive scriptum, est *Signum Sensile*, mentis conceptum significans, ea fere ratione, qua Lusores lapillum visibilem deponunt, ad Aurum designandum, quod neutiquam cernitur. Subit proinde *Signum Significans, Corporis*, in verbo aliquo, sive Materiæ notionem; *Conceptus Significatus* Animam præstat, sive formam. Ad hunc prorsus modum, *Verbum Metaphoricum*, Compositum quoddam est

est ex Corpore & Anima ; puta ex voce significante aliquid proprie, & conceptu qui improprie significatur. Quamobrem in Symbolo, quod picta est Metaphora, *Figura cum Proprietate significante efformat* CORPVS; *at Persona, cum* Proprietate *significata*, ANIMAM præbet, hac ratione:

CORPVS proprie significans	1. HISTRIX 2. vibrat ACVLEOS.
ANIMA per Metaphoram significata	3. REX, 2. utitur ARMIS.

Ex his consequens est, ad Symboli essentiam sufficere *Figuram & Conceptum*, citra ullum Lemma, qualia Symbola erant Heroum antiquissimorum; cum enim Symbolum *Corpore* & *Anima* præditum est, integritati Compositi nihil decedit.

THESIS SEXTA.

CORPVS SYMBOLI PERFECTI VERVM ESSE DEBET, AC REALE.

Quamvis Metaphora figmentum sit Poëticum, requirit tamen *Verisimilitudinem* in *Natura* fundatam. Quod si enim quis Significatum Metaphoricum, Significanti fabuloso superstruat, Verisimile, ei, quod a verisimilitudine alienum est, inædificatur, dumque unum figmentum per alterum innuitur, perit omnis Paralogismus. Vnde magis probant Rhetores Metaphoram: *Adulator est Principum SCOPVLVS*: quam istam: *Adulator est Principum SCYLLA*. Scopulus enim objectum verum est & naturale, Scylla, imaginarium & fabulosum. Atque utut posterior Metaphora præ priore solers magis apparet, est tamen insubida, & levis, ac juvenilis ingenii index. Adde, quod majorem difficultatem habet, reperire similitudinem in rebus veris, quam in confictis. Segregandum proinde a Symbolo perfectissimo Corpus in nudo cerebro prognatum, non quidem, quasi minime aptum sit, ut materiem subministret significatis argutis; sed quia fundamentũ ejus frivolum est, & verisimilitudine destituitur. Hinc Virgilius, non sine gravi judicio, in Galea Latini Regis, pro Symbolo nobis exhibet Solem, in Turni vero, insolentis juvenis casside, Chimæram. Segregenda amplius veniunt Corpora

pora, *per meram fictionem congesta*, etsi eorum quodque reale est; uti *Cancer* forcipibus suis denticulatis *Lunam* tenens, cum Lemmate, FATIS AGOR. Item *Corpora Invisibilium*, uti cum ad Ventos denotandos, vultus ora spirantia habentes, adhibentur. Proinde, laudem meretur Symbolum Ludovici Regis, qui sane poterat suos sensus significare aliqua Stymphalidum, quas Antiquitas finxit sagittas ferreas ex alis jaculari; sed vero, satius esse judicavit, sistere Corpus naturale, Histricem videlicet, quaquaversus vibrantem aculeos.

THESIS SEPTIMA.
CORPUS PERFECTISSIMI SYMBOLI NOBILE ESSE DEBET, PULCHRUMQUE.

Symbolum perfectum consistit in Metaphora perfecta, hac ex causa petenda est ab objectis nobilibus & pulchris. Inter Metaphoras enim eas commendat Aristoteles, quæ objectum venustum, ac oculis, auribus, cæterisque sensibus gratum, ostentant. Vnde, illo autore, aptior Metaphora est, si quis Auroram *Roseam* vocet, quam *Purpuream*. Nam, etsi utraque Translatio idem objectum nobis proponit, colorem nempe rubicundum, nihilo secius Purpureus, ex sanguine corrupto vilissimi vermis ortus, Roseo, qui objectũ quo gratius nullum oculis existit, in mentem revocat, est deterior. Exulare idcirco debent a Symbolo Perfecto omnia illa corpora, quæ, utcunque prædita proprietate aliqua ingeniose quid significante, *Ignobilia* tamen, & *Vilia* deprehenduntur. Revocandum huc Panvinii Symbolum, pingentis *Bovem inter Aram & Currum constitutum*, cum Lemmate: AD VTRVMQVE PARATVS. Est sane in hoc, nobile prorsus significatum; verum, quia Corpus Symboli pro persona valet, quæ illud contemplandum exponit, necesse foret, ut Autor Symboli quasi dicat: *Ego sum Bos*, quod est absonum. Quin, generatim quoque vitanda sunt Corpora, Figura, & Nomine quidem Nobilia, sed, quæ nasutioribus cavillandi occasionem porrigere queunt. Sic Hippolithus Peruzzinus inter domesticos Julii II. Pontificis, ut testaretur, se vehementer obstrictum esse beneficentiæ Heri sui, Symboli loco sibi eligebat nobilissima Insignia illius Papæ, *Quercum* videlicet, additis verbis: VMBRAM ATQVE SALVTEM; argute alludens ad *Quercus* Aurei Seculi. At, Aulici malitiosi, ob hanc rem eum tanquam *phagonem glandium* perstrinxere. Servat hactenus omne decorum *Histrix*, sagittas suas quaquaversum jaculans. Est enim Corpus Nobile ac Pulcherrimum, quod Natura in terrorem & delectamentum armasse ac ornasse videtur. Vnde Claudianus:

Hanc tamen exiguam miro Natura tueri
Præsidio dignata Feram. Stat corpore toto
Sylva minax, jaculisq; rigens, in prælia crescit
Picturata seges.

THESIS OCTAVA.

CORPORA NATVRALIA IN SYMBOLO PERFECTISSIMO PRÆFERVNTVR ARTIFICIALIBVS.

Extra dubium ponendum, *Naturale Corpus* tanto Nobilius esse *Artificiali*, quanto Natura Arte dignior. Naturale enim Corpus, Divinæ, Artificiale, Humanæ mentis opus est. Illa, ceu Magistra, hæc, uti Imitatrix se habet. Tum vero, Naturæ opera æterna, Artis, caduca, & tempori subjecta sunt. Hinc in Scutis antiquissimorum Heroum, quibus Symbola originem debent, a Natura, neutiquam vero ab Arte profecta Corpora, exhibentur. Aquila, Symbolum erat Jovis, pugnantis adversus seditiosos, ea, postea migravit ad Cadmeam familiam Thebas, ad Æneæ gentem in Phrygiam, ab hoc, Latinis tradita fuit. Agamemnon Leone, Amphiaraus Dracone, Vlysses Delphino, Pallas Noctua, pro Symbolis usi fuere. Merito igitur collaudandum Ludovici Regis Symbolum, ostendens *Corpus Naturale* nobilissimum, *Histricem*, per seipsam armatam, & e dorso, tanquam arcu quodam, contra inimicos jaculantem sagittas.

THESIS NONA.

PERFECTISSIMVM SYMBOLVM NON ADMITTIT CORPVS HVMANVM.

Quotquot Corpus Humanum extra Symbola eliminant, hanc allegant rationem, quod inter Hominem & Hominem, non *Similitudo* sit, sed, *Identitas*. Verum, hæc enunciatio crude accepta, veritati repugnat: inter Hominem enim & Hominem, Metaphoræ, & Similitudinis Proportionalis imagines argutissimæ, locum inveniunt. Sic se habet Guidonis Bentiuogli *Atlas cœlum sustinens*, cum Lemmate, MAIVS OPVS: ut significaret, arduum munus esse, fulcire Patriam ruinosam. Possunt ergo *Corpora Humana* materiam subministrare Symbolis egregiis, si ex uno Genere ad alterum, transferatur Proprietas; uti cum Physicæ actiones, cum Moralibus componuntur. At, non inserviunt Symbolo, quod nos quærimus, perfectissimo, idque præcipue geminam ob

causam

causam. Earum una est, quod etsi Proprietas e diversis Generibus promanat, Subjectum tamen idem specie existit. Altera causa, in duabus, quæ succedunt, Thesibus, fundamentum habet.

Thesis Decima.
CORPUS PERFECTISSIMI SYMBOLI, NECESSE EST SIT MIRABILE.

Ex Metaphoris aliquæ Superficiariæ sunt, aliquæ *Mirabiles*. Superficiariæ, sensum planum habent, omnibusq; obvium. Mirabiles, recondito gaudent sensu, ac erudito, quem Auditori pervestigare volupe est. Quamobrem, Superficiaria vocari possunt illa Corpora Symbolica, quorum Proprietatem, nullum tam humile ingenium reperitur, quod non declaret. Revocanda huc, *Fax* Matthæi Justiniani, quæ, ad Solis fulgorem lucem amittit, cum Lemmate, Lumine Victus. Item, Mutii Matthæi *Laterna clausa*, cui inscriptum: Ardet, Non Lucet. Cæterum, Mirabilia sunt, in quibus Figura aut Proprietas, consuetas Naturæ leges excedit, atque animum suspensum & mirabundum tenet. Tale Symbolum est Garziæ Toletani, exprimentis *Acum Nauticam*, quæ, quasi oculis prædita esset, ad Stellam Polarem respicit; inscripserat: A Niun' Altra, sive, Ad Nullam Aliam. Maximi igitur fieri debet Symbolum Ludovici Regis, quod nobis ponit in conspectum, Corpus Figura mirabile, vivum nempe, & volans armamentarium. Majorem tamen mirationem parit Proprietas, sic a Claudiano descripta:

——— ——— *Additur armis*
Calliditas; parcusq; sui timor; iraq; nunquam
Prodiga telorum; caute contenta minari:
Nec nisi servandæ jactus impendere vitæ.
Error abest: certum solertia destinat ictum,
Nil spatio fallente modum: servatq; tenorem
Mota cutis: doctiq; regit conamina visus. *
Quid labor humanus tantum ratione sagaci,
Proficit?

* Quædã editiones habent *nisus*.

Thesis Undecima.
CORPUS SYMBOLI PERFECTISSIMI NOVUM ESTO, SED COGNOSCIBILE.

Has duas qualitates, mutuo quasi repugnantes, Aristoteles in Metaphora requirit. Nempe, vult ut *Nova* sit, ex novitate enim provenit mira-

tio, ex miratione, voluptas. Vult insuper, ut *Clara* sit, eamque ob causam frigidas vocat illas Translationes, quibus obscuritas inest. Peccant hinc adversus primum requisitum, illa Corpora Symbolica, quæ, quamvis Nobilia, continue oculis nostris obversantur, nec peregrinum aliquid nos edocent, uti *Corpus Humanum, Pavo, Equus, Sol, Flumen, Quercus, Scopulus, Mons.* Item ea, quæ quamvis raro conspiciantur, frequenter tamen in Symbolis & Insignibus depinguntur; qualia sunt, *Aquilæ, Fulmina, Palmæ.* Quod si vero in his proprietas egregia ostendatur, ipsa huic defectui remedio est, frequenter enim observationes novas, corpora non nova suppeditant. Adversus alterum requisitum peccant ea Corpora, quæ *nimis nova, obscuritatem* habent. Objectum enim, quod non cognoscitur, nec delectare nos potest, nec erudire. Hujus generis est *Lotus Flos*, qui nocte tota undis Euphratis immersus, surgente Sole caput attollit, circa meridiem plane erectus consistit, & occumbente Sole, ipse quoq recedit, ac intra aquas sese occulit; cui, Ludovicus Madruccius, EMERGO LVCENTE SOLE, Ferrandus Carrafa, SIC DIVA LVX MIHI, superscripserunt. Enim vero, hunc florem in Scutis suis exhibere sane possent, qui ad Euphratem habitant, minime vero Europæ regionum incolæ. Imo, non satis constat, qua ratione figurandus sit, non uno enim modo a diversis effigiatur, & aliter Autores Librorum Symbolicorum, aliter Matthiolus, eum repræsentant. Ludovici Regis Symbolum laude dignissimum est, dum ambas perfectiones conjungit, Corpus enim nobis exhibet, quod, si maxime novum esset, ab ingenio tamen non prorsus peregrino cognosceretur.

THESIS DVODECIMA.

PROPRIETAS PERFECTISSIMI SYMBOLI SIT APPARENS, ET ACTVOSA.

Inter Metaphoras, Aristoteles iis primas tribuit, quæ cum Hypotyposi conjunguntur, & ante oculos ponunt vivam aliquam actionem. Hinc, ad Vigilantiæ Hieroglyphicum, sufficit depingere *Caput Ciconiæ.* Sed, ut Symbolum evadat, tota efformanda est, pede altero lapidem tenens. Hinc, probe Ludovici Regis *Histrix*, Spicula sagittans sistitur, *Se Pharetra, sese Jaculo, sese utitur Arcu.*

THESIS DECIMA TERTIA.

PROPRIETAS PERFECTISSIMI SYMBOLI SINGVLARIS SIT NECESSE EST.

Argumenta Similitudinis peti possunt a Proprietate aut *Generica*, aut *Specifica*, aut *Individuali.* *In altum subvolare*, est proprietas *Generica* a-

ca avium quarumcunque. *Experiri partum ad Solem*, proprietas *Specifica* est omnium Aquilarum. *Renaſci ex Flammis*, individualis proprietas eſt, ſolius Phœnicis. Cum ergo Symbolum ſit Argumentum ſimilitudinis, relinquitur, tanto perfectius fieri Symbolum, quanto magis individualis eſt affectio. Quamobrem, perfecta cenſenda ſunt Symbola, quæ exhibent *Figuram individualem*, cum intima affectione. Quomodo ſe habent, *Renaſci ex flammis*, reſpectu Phœnicis; *Non mutuari ab alio lucem*, reſpectu Solis inter Planetas; *Non admittere alium ſeſſorem quam herum*, reſpectu Bucephali. Interim, quandoque Proprietas Generica, magis convenit uni Individuo ſpecifico, quam alteri, ob quandam reſtrictionem ad Nomen, Locum, vel Officium, aut ad aliam Circumſtantiam. Sic, etſi in Quercu nidificare, multis convenit *Avibus*, proprium tamen redditur Aquilæ Comitis Antonii Landriani; *Aquilam* enim habebat ipſe in Inſignibus Gentilitiis, *Quercum*, Dux Vrbinatenſis ejus Socer, exhibuit, ad quæ alludens ipſe, efformabat Lemma: REQVIES TVTISSIMA. Etſi igitur, cominus & eminus ferire, qualitas eſt multis Rebus Naturalibus & Arte factis competens, tamen Ludovici Regis *Hiſtrici* individualis fit, quia eam Inſignia Ducatus, quo potiebatur, oſtentabant.

THESIS DECIMA QVARTA.

OPVS EST VT CORPVS PERFECTISSIMI SYMBOLI FACILE POSSIT REPRÆSENTARI.

Vniverſaliter oportet eſſe legibile quod ſcriptum eſt, ait Philoſophus. Hinc, ſecundum eundẽ, *Translatio per non ſignificantes voces, frivola eſt.* Proinde, quodq; Symbolũ tale eſſe debet, ut in tela, charta, ligno, marmore, metallo, delineatum aut ſculptum, aut carbone in pariete ruditer expreſſum, illico cognoſci poſſit. Laborant ergo imperfectione, Inſignia earum familiarum, quæ ſimplicium colorum *Faſciis*, aut *Trabibus* prædita ſunt. Quod ſi enim in marmore ſculpantur, de colore nõ poteſt fieri judicium. Proba hactenus eſt *Hiſtrix* Ludovici Regis, quocunque enim modo pingatur, aut cæletur, nullius eſt indiga coloris.

THESIS DECIMA QVINTA.

CORPVS PERFECTISSIMI SYMBOLI, HABERE DEBET PERÆQVAM CVM SPATIO PROPORTIONEM.

Quemadmodum in Verborum Elocutione, Philoſophus Proportionem inter dictionem & Subjectum commendat, ita pariter in Elocutio-

cutione Symbolica, servanda est Proportio inter Figuram & Spatium. *Emblemati* igitur, quod Tricliniorum, Portarum, & Parietum ornamentum est, congruit Tabula Quadra: sed *Symbolum* ad Scutum attinet. Huic autem æque parum convenit *Mons Olympus* Ducis Octavii, ob vastitatem, ac *Musca* Spartani militis, ob minutiem. Adde, quod objecta parva, dum in angusto spatio proponuntur, formam suam confundunt. Vnde, si in Sigillo sculpatur Francisci Medicei Ducis *Mustela, gestans ore Rutam*, dubium relinquitur, Rutane sit, quod tenet, an Pimpinella. Amplius, Proportionatum dicitur illud Corpus, quod in Scuto recubat, cum Symmetria venusta, & spectantibus grata. Quod si igitur una sit Figura, Centrum Scuti occupare debet, & latera adimplere, cum eleganti proportione. Si duplex fuerit, ambo latera sunto æqualiter distantia a Centro, duarum Columnarum Caroli V. adinstar, quæ, Lemmate, fasciæ inscripto, colligantur. Ludovici Regis *Histrici*, competit omnino debita proportio. Quippe, magnitudo ejus naturalis, cum aculeis, quos radiorum pictorum similitudine, a Centro ad Circumferentiam jaculatur, ea symetria, specie, ac pompa, omne Scuti spatium opplet, ut oculus intuentis, dum nec deficiens quid, nec abundans deprehendit, summopere afficiatur.

THESIS DECIMA SEXTA.

CORPUS PERFECTISSIMI SYMBOLI FIGURÆ VNITATEM DEPOSCIT.

Metaphoram, quia secundum Philosophum, brevitas unice commendat, cum ex uno solo verbo, multa objecta prominent, eapropter, ad miraculum pulchrum illud erit Symbolum, quod per Figuram unam solamque, Heroicum, & profundum Enthymema penitus declarat. Referre huc licet ex Arte factis, *Horologium Campana instructum*, cum Lemmate, SECUM MULTA PRIUS, quæ Figura unica, Scutum complet, præbetque Similitudinis Argumentum. Contra, imperfectissimum evadit Ferrandi Carrafæ Symbolum, etsi Ruscellio magnopere deprædicatum, *Palma* nimirum, a cujus summitate *Sagitta* decidunt in *Capram Sylvestrem*, quæ *Dictamnum* sub palma depascitur, cum Lemmate: HINC VULNUS, SALUS, ET UMBRA. Sunt tamen arguta quoque ea Symbola, quæ Figuras quidem exhibent diversas, sed tendentes in corpus unum, uti cum *Phœnix, in flammis, Adamas, super incude*, commonstrantur.

THESIS DECIMA SEPTIMA.

CAMPO FIGVRÆ, NVDITAS ET SIMPLICITAS CONGRVIT.

Quemadmodum ad perfectionem Symboli, Figuræ unitas exigitur, ita hæc seipsa contenta, respuit adjectionem affectati ornatus. *Cælum* igitur, *Aër*, *Arbores*, *Regiones*, quæ vulgus in Symbolorum Scutis depingit, ineptiæ sunt, & remoræ intellectus. Insignia Gentilitia, & Symbola, hoc uno tantum distinguuntur, quod illa, Familiæ alicui integræ, hæc, uni homini conveniunt. De reliquo, ambo deprehenduntur Corpora Symbolica, ambo Symbola Heroica, ambo, Symbola in Scutis significativa. Proinde, uti dementia foret, terrarum aliquem tractum adjungere Aquilæ, in Insignibus, Sago, Vexillis, aut Numis Imperatoris, Ita, in Symbolis idem si fiat, æque gravis hic error est. Ludovicus Rex nudam *Histricem*, citra phaleras, in Scuto & Sago gestabat, campo cærulei (qui Galliæ propius est) coloris, incumbentem.

Hactenus, de *Corpore Significante* soliciti fuimus; nunc ad *Animam Significatam*, sive *Mentis Conceptum*, transitum facere oportet.

THESIS DECIMA OCTAVA.

CONCEPTVS PERFECTISSIMI SYMBOLI NON HABET SE AD MODVM DOCVMENTI GENERALIS, SED COGITATI PARTICVLARIS.

Omnis Propositio Demonstrativa, autore Aristotele, converti potest in Deliberativam, si Finis immutetur. Deliberativa Propositio est, si dicas: *Vir Ingenuus imitari debet Adamantem, qui immotus consistit, adversus malleum inimicæ fortunæ.* Hæc, ita fit Demonstrativa: *Iste Vir Ingenuus imitatur Adamantem, & immotus consistit, adversus malleum inimicæ fortunæ.* Prior Propositio, *Dogmatica* est, & convenit Emblematibus; Posterior, *Particularis*, Symbolorum propria, quam exhibuit Cola Antonius Caracciolus, in Lemmate: SEMPER ADAMAS. Apparet hinc, idem Corpus, materiem præbere posse & *Emblemati*, & *Symbolo*; atque Emblema in Symbolum, hoc vero, in illud immutari, Animam variando, non Corpus.

THESIS DECIMA NONA.

CONCEPTVS PERFECTISSIMI SYMBOLI DEBET ESSE HEROICVS.

Cum Symbolum nihil ſit aliud, quam Metaphora in Scutis Heroum depicta, conſequens eſt, ab ipſis Heroibus fuiſſe inventum, ut ignobile vulgus figuris coloratis celarent magnos animorum ſuorum ſenſus. Exigit igitur Symboli perfectio, Heroicum Conceptum, & eximium; cum ſecundum Philoſophum, Virtus Heroica pro objecto habeat res arduas, quales ſunt, defenſio Amicorum, Patriæ, Principis, proprii Honoris, & Rerum Sacrarum: atque huc Symbola quoque collimabunt. Enim vero, erant ſane talia, non antiquorum tantum Heroum, ſed & illuſtrium Principum ac Ducum Seculi ſuperioris Symbola, comminantia nunc pugnas, quod *Hiſtrix* facit Ludovici Regis, ante prælium Ravennatenſe, Verbis: EMINVS ET COMINVS: nunc, jactantia victoriam, ceu fecit eadem Hiſtrix, poſt illatam cladem, novis verbis: VLTVS AVOS TROIÆ.

THESIS VIGESIMA.

CONCEPTVS SYMBOLI PERFECTISSIMI, OPORTET SIT VNICVS.

Quoniam Argumenti Comparativi notionem ſubit Symbolum, eapropter uno ſolo Termino medio, qui eſt Proprietas, unicus provocandus eſt Conceptus. Contra, cum multiplicantur conceptus, argumenta quoque multiplicia evadunt, nec jam revera unum Symbolum offertur, ſed plura in faſcem colligata. Tali cumulo laborat Symbolum Burgundiæ Ducis, quod Ordini Aurei Velleris dicavit. Etenim, exhibet *Silicem*, e quo, *Chalybe* ignis excutitur, *Ligna item duo, in modum Crucis diſpoſita*, cum dependente *Aureo Vellere*. Non enim hæc, ad ſimplices quatuor terminos reduci poſſunt, ſed multiplicanda & ſeparanda ſunt Argumenta Comparativa, hac ratione:

Quemadmodum Heroës Argonautæ ſpernebant pericula, ut Aureo Vellere potirentur: Sic ego intrepidus omnia pericula adibo, ut amore fruar ejus fœminæ, cujus deſiderium me capit. Porro, *Sicuti Silex Chalybe percuſſus, ignem edit: ſic ego Gallicis armis vexatus, magnum in Gallia excitabo incendium.*

Hoc ipſo vero, minime incuſantur Symbola, in quibus Medius Terminus duos effectus oppoſitos complectitur, ſed ex una radice prognaſcentes, uti, *Cominus & Eminus ferire*, in Symbolo Ludovici. Quin potius arguta hæc ſunt, & alia antecellunt.

THE-

THESIS VIGESIMA PRIMA.

IN PERFECTISSIMO SYMBOLO, FIGURÆ ADIUNGI DEBET LEMMA.

Etsi supra Thesi Quinta ostensum, Lemma non pertinere ad essentiam Symboli, cum *Figura sensibilis*, & *Conceptus Intelligibilis*, sufficiant ad formandum Compositum, Corpore & Anima præditum. Dicendum tamen, perfectionem Symboli Lemma ingredi, idque geminam ob causam. Earum *una* est, quod sic conjunguntur duæ artes elegantissimæ, Lapidaria & Symbolica, quarum quæque separatim etiam delectat, cum Lemma Figuræ addendo, perfectio perfectione, & ingenium ingenio, cumulentur. *Altera*, & magis prægnans est, quia, cum Thema unum multas patiatur considerationes, nimis obscurum evaderet Symbolum, ac confunderetur intellectus intuentis, nisi Lemma distinctionem pareret, ac mentem manu quasi duceret. Nimirum, si quis, verbi causa, *Histricem aculeos vibrantem*, pingat, plurimas ea admitteret explicationes, atque perpendenti Claudiani de Histrice Idyllion, aliquammulti conceptus, & Lemmata arguta sese offerent. Colligas principio: *Sicut Histrix haud aliis quam suis sagittis eget: sic Ludovicus, non eget armis auxiliatricibus, ad sese vindicandum.* Lemma subministrat Poëta: EXTERNAM NON QVÆRIT OPEM, *fert omnia secum.* Colligas amplius: *Sicut in locum aculeorum, quos Histrix jaculata est, alii succrescunt; ita Ludovicus, mittens exercitum in Italiam, alium domi colligit.* Subvenit Poëta: *Jaculisq; rigens, in prælia crescit picturata seges; quorum cute fixa tenaci,* ALTERA SVCCRESCIT. Colligas porro: *Sicut Histrix non jactat spinas, nisi justa defensionis causa: Ita Ludovicus armis tantum utitur, ut se tueatur.* Huc spectat illud Poëtæ: *Nec nisi* SERVANDÆ *jactus* IMPENDERE VITÆ. Colligas insuper: *Sicut Histrix tam exacte aculeos jactat, ut a scopo non aberret: Ita Rex Ludovicus tanta prudentia ordinabit suum exercitum quanquam remotum, ut referat Victoriam*: Lemma Poëta porrigente: ERROR ABEST: *certum solertia destinat ictum*, NIL SPATIO FALLENTE MODVM. Denique Ludovicus Rex eam observavit proprietatem, Histricem pungere prope, & procul jaculari, addiditque Lemma: COMINVS ET EMINVS, quod ipsum Claudianus his dixit verbis: *Crebris propugnat jactibus ultro, & longe sua membra regit.* Hinc, duas inferre licet magni momenti Conclusiones. Principio, istam: *Lemma proxime attinere debet ad Figuram significantem, minime vero ad Personam significatam.*

Lemmatis enim officium eſt, ut unam proprietatem ab altera ſegreget. Quapropter, imperfectione laborant ea Lemmata, quæ perſonæ conceptum, aut cogitata indicant: uti, cum *Auro in clibano*, ſuperſcribitur, DOMINE PROBASTI ME: aut *Amaranto in aquis revireſcenti*: AT LACRYMIS MEA VITA VIRET. Hæc enim Lemmata, citra manifeſtum mendacium, de Figuris accipi nequeunt, cum nec Amarantus ploret, nec Aurum ad Deum verba faciat. Concluſio altera eſt: *Male ab aliquibus Lemma vocari animam Symboli.* Anima enim & vita Symboli, non eſt Lemma, ſed conceptus ſignificatus.

Verum, de Perfectionibus Lemmatis, ulterior inſtituenda eſt diſquiſitio.

THESIS VIGESIMA SECVNDA.

LEMMA PERFECTI SYMBOLI, ESTO ACVTVM ET BREVE.

Cum Lemma Argutum eſſe debeat, & Vrbanam quoq;, Brevitatem exigit, quippe, Vrbanitatis propriũ eſt, multa paucis docere. Adde, quod Lemmata Figuræ, quæ & ipſa quaſi loquitur, adjunguntur, ut ſic leve indicium ſufficiat. Acuta tamen eſſe debent, & amplius cogitandum relinquere, quam verbis enunciatur. Idcirco, ſi nimis clare Proprietas aut Conceptus revelentur, quamvis breve ſit Lemma, non eſt tamen argutum. Vti, ſi quis *Hermelino* inſcribat: MALO MORI QVAM FOEDARI. Similiter, ſi Lemma eorum Objectorum mentionem facit, quæ oculis cernuntur, verboſum eſt, etiamſi breve fuerit. Vti, cum *juncis marinis* additur: FLECTIMVR NON FRANGIMVR VNDIS. Cum enim aquæ conſpectui pateant, fruſtra fit earum mentio, in Lemmate. Non poteſt autem exacte definiri numerus verborum, aut quantitas Lemmatis, ſed, hanc Subjectum menſurat, omneque Lemma breve dicendum, quod proprietatem citra verbum redundans, exponit. Ternarius tamen numerus verborum, magis videtur convenire. Habet enim Ternarius unus ex omnibus numeris ſingularem proportionem, ac Principio, Medio, & Fine componitur. Tria quoque verba Scuto apte congruunt, ut hinc & hinc ſingula verba ſint, & unum in medio. Quod ſi duo verba in tria ſpatia dividere conveniat, ſæpe ſenſus ridiculus emergit; ceu accidit inepto cuidam Amatori, qui cum Symboli loco depinxiſſet, *Linum Indicum inter flammas*, & adjungere vellet Lemma, ILLÆSVS ARDET: ſcripſit lepide, & ſine diphthongo, in ſpatiis tribus: ILLE SVS ARDET. Magis imperfectum eſt Lemma unius vocis, uti, cum Horatius Farneſius, *Spicis* inſcripſit: FLAVESCENT Etſi,

enim valde argutũ eſt,in uno verbo multa objecta includere,ceu de Metaphora diximus; tamen Vnitas proprie numerus non eſt, ſed, numeri principium,Binarius autem,reſpectu ternarii,eſt numerus imperfectus. Ludovici Regis Lemma,elegantiſſime gaudet numero ternario.

THESIS VIGESIMA TERTIA.

LEMMA PERFECTISSIMI SYMBOLI ESSE DEBET ÆQVIVOCVM.

Æquivocatio in Lemmatibus Symbolorum, varias admittit formas. Vna,popularis eſt, quæ verbo duplicis ſignificatus, ſimul ad Figuram & Conceptum alludit; uti, cum Henricus II. Galliæ Rex,Lunæ creſcenti adjecit : DONEC TOTVM IMPLEAT ORBEM: in quibus vox *Orbis*,æqualiter Circulum Lunæ, qui videtur, & Globum univerſi,qui animo intelligendus,ſignificat.Eſt alius modus magis ænigmaticus, cum Figura ipſa, ſua appellatione Lemā efformat. Sic nonnemo, qui GELARDAM deperibat, Ætnam pingens, adjiciebat: GELAT ET ARDET. Sed,hæ Æquivocationes,etſi argutæ,adhiberi non poſſunt citra nimiam declarationem Figuræ & Conceptus. Majorem ergo laudem merentur eæ,in quibus ex ipſa generalitate & abſtractione verborum,oritur ambiguitas.Quale eſt Lemma Regis Ludovici, COMINVS ET EMINVS: quod,Adverbia,& termini abſtracti,directe nec Hiſtricem,nec Regem concernentes,abſolvunt,& tamen levi opera,tam huic, quam illi poſſunt aptari. Imperfecta itaque ſunt Lemmata,quæ Proprietatem,Figuram,aut Conceptum ſignificatum, clare exprimunt, ceu dictum eſt Theſi antecedente. Quem in cenſum revocare oportet omnia, quibus ineſt particula demonſtrativa. Qualia ſunt, cum *Veneris ſtella*, HAC MONSTRANTE VIAM; aut duabus Anchoris, HIS SVFFVLTA, adjicitur.

THESIS VIGESIMA QVARTA.

LEMMA PERFECTI SYMBOLI,OPORTET DESVMTVM SIT EX CLASSICO AVTORE.

Quisque homo, qui non eſt ingenio privus, facile ex ſeſe Lemma Symbolicum componere valet,quod propoſito ſuo conveniat. Sed vero,Lemmati ejusmodi multum perfectionis decedit,nec aliud in iis,quæ laudis excellentiam mereri debent, admittendum,quam quod ab Autore ali-

re aliquo Classico prolatum, & quidem sensu alio, aliaque ad id occasione inducto. Hujus generis est Lemma EMINVS ET COMINVS, ex Classicis Autoribus depromtum, qui tamen de *Hystrice* Ludovici Regis, ne per insomnium quidem cogitaverant. Et vero, nemo ibit inficias, ultimum ingenii humani, ac plurimum autoritatis, delectationis, & applausus habentem conatum esse, si quis combinare queat, tria procul a se distantia, *Figuram Naturalem, Conceptum Moralem*, & *Dictum alienissimum*, quod in nostri gratiam prolatum videatur. Hoc opus tam difficile evadit, ut ad miraculum prope accedat, atque felices prædicandi sunt, quibus id negotium succedit. Adauget insigniter Lemmatis perfectionem, si fuerit Hemistichium alicujus Poëtæ, (est enim Symbolum partus Poëticus,) & maxime, si Hexametri versus, quales Heroicis Carminibus inserviunt, sit dimidium.

THESIS VIGESIMA QVINTA.

LEMMA PERFECTI SYMBOLI EFFLAGITAT ANTITHESIN.

Suavis est oratio, quæ in verbis brevibus, oppositum continet, quamvis id simplex tantum sit, idque Aristoteles Antithesin vocat. Sunt ex isto genere, *Phœnix* cum Lemmate: PERIT VT VIVAT: *Follis lusoria*, cum verbis: PERCVSSVS ELEVOR: *Palma*, inscriptum habens: INCLINATA RESVRGO. Major argutia fuerit, si servetur membrorum æqualitas, Isocolon dicta; ut, cum Termino sive Metæ, adjungitur: NEC CITRA, NEC VLTRA. Atque hæc quatuor vocabula, satis bene Scuto, duobus spatiis distincto, conveniunt. Supremus perfectionis gradus est, quando insuper similitudo vocum, & terminationum, sive Paromœosis accedit. Vti, in illo Emanuelis Philiberti Ducis, super *Armis obtectis*: CONDVNTVR, NON RETVNDVNTVR. Aut, cum *Situlæ fontis* adjicitur: SI DEFERAR, EFFERAR. Pollet hac prærogativa Lemma COMINVS ET EMINVS: cum in eo Oppositio Objecti, Æqualitas Membrorum, Similitudo terminationum concurrant, ita, ut in ideam Lemmatis perfectissimi, cœlo descendisse videatur.

THESIS VIGESIMA SEXTA.

LEMMA PERFECTI SYMBOLI LATINO SERMONE EFFERENDVM EST.

Symbolum in Signis Militaribus depingitur, est igitur publica quædam res: tegitur Metaphora, idcirco ingenium sapit: atque hinc fœtus

tus mentis, multis, iisque ingeniosis dicatus, dici potest. Consequitur ex his, Lemma perfecti Symboli, conceptum esse debere ea Lingua, quæ superat ingenia vulgaria, ab omnibus autem, doctrina inter quascunque gentes pollentibus, intelligitur. Loqui enim ea quæ nemo intelligit, non loqui est; Loqui, quæ omnes intelligunt, elegantiæ cultusque nihil habet. Non igitur convenit Symbolis Lingua Vernacula, quia nimis vulgaris; nec Exotica aliqua, quia illam nemo assequitur, & suæ tantum regionis hominibus nota est. Quamobrem, valde frigebant Symbola *Germanica, Græca*, & *Hebraica*, quæ superioris ævi Belli Duces, per Italiam sibi eligebant, cogentes sic etiam Ingeniosos & Eruditos, ut Lexica secum deferrent, ad ea intelligenda; aut, ut illa non capientes, ignorantiam profiterentur. Magis ineptiebat, qui *Iridi* Catharinæ Galliæ Reginæ, Lemma Græcum apponebat, ostendens manifeste, in eo Symbolo non fœminam, sed Scholæ magistrum loqui. Atqui, omne Symbolum tale esse debet, ut videatur ab eo compositum, qui illud proponit. Concludamus ergo licet, Lemma Heroici & Perfecti Symboli, Latina lingua efferendum esse. Quippe, is sermo nobilis, argutus, concisus & peregrinus est, qui orationem elegantem & heroicam facit, ac supra vulgi loquelam effert. Tum vero hæc lingua omnibus toto orbe dispersis Eruditis, Ingeniosisque hominibus, communis est.

Declaratum fuit hactenus, quæ sint Perfectiones *Corporis*, hoc est Figuræ; item *Animæ*, sive Conceptus; nec non *Lemmatis*, quod Corpus cum Anima conjungit. Restat, ut explicentur generatim Perfectiones totius Compositi Symbolici.

THESIS VIGESIMA SEPTIMA.

PERFECTVM SYMBOLVM DEBET ESSE POPVLARITER ÆNIGMATICVM.

Omnis Rhetorica Elocutio spectat Auditorem, Auditores vero in triplici sunt differentia: *Plebeji*, hoc est Imperiti; *Populares*, hoc est mediocris ingenii; & *Exquisiti*, sive qui intelligentia ante alios pollent. Jam, sicut oratio maxime ad populum, sive majorem partem dirigitur: ita & Symbolum, Ænigma Populare continere debet, ut indocti picturam intuentes, & legentes Lemma, haud altius penetrent, quam Vulpes lambens vitrum Ciconiæ. Neque tamen tanta ei convenit difficultas, ut ingenia mediocriter sagacia, & erudita, consideratis *personæ* quæ illud proponit, *Occasionis, Temporis, Loci*, aliisq; *circumstantiis*, post brevem secum ratiocinationem, id intelligere, & nodum exsolvere

vere nequeant. Tale est Symbolum Ludovici Regis. Cum enim ex improviso compareret *Histrix aculeata & sagittans* in Regio vexillo, ingenium etiam modice sagax, conspiciens formidandam figuram, cum verbis adjunctis, reputando secum turbas factiosorum in Gallia, necessitatem reddendi armis Gallicis pristinum decorem per Italiam, rationem item, quæ flagitabat Ludovici Mori perfidiam punire in Lombardia, aliasque ejusmodi circumstantias, ominari poterat, quid Histrix illa minitaretur.

THESIS VIGESIMA OCTAVA.

PERFECTISSIMUM SYMBOLUM PROPRIUM SIT NECESSE EST.

Proprium, illud dicitur Symbolum, quod ita convenit Personæ aut Subjecto, ut aliis æque non possit accommodari. Vulgo hæc non attenduntur, atque passim occurrunt Symbola in tantum Comunia, ut non minus in complures homines quadrent, quã ephippium unum in multos equos. Talia sunt: *Adamas malleo suppositus*, ad significandum: *Ego sum fortis*. Item, *Ciconia cum lapide*, ut innuatur: *Præstabo me vigilantem*. Propria igitur ea dicimus Symbola, quibus Circumstantiæ Singulares, & cum subjecto intime conjunctæ, exprimuntur, ita ut illud acu, ceu proverbio loquimur, tangant. Sunt autem Circumstantiæ Singulares, principio *Nomen* aut *Cognomen* famosum. Sic Virgo Bononiensis, capta amore *Cæsaris* Spinelli, quem parens ejus, qui illam aliis nuptiis destinaverat, aversabatur, effigiem Amasii assidue secum gestabat, cum verbis notis: AUT CÆSAR, AUT NIHIL. Aliam Circumstantiam Singularem suppeditant *Insignia Gentilitia*. Vti, cum Joh. Jacobus Trivultius, Ludovico Regi indicaturus, se quamvis longe inferiorem, tamen illi animose occursurum, undecunque in Italiam perrumpere tentaret, pingebat antiqua Insignia Familiæ suæ, hoc est, *Stylum ex opposito Solis umbram jactantem*, inscribens: NON CEDIT VMBRA SOLI. Pertinet huc *Histrix* Ludovici Regis, quod esset in Insignibus Ducatus cui præerat. Oritur quoque Circumstantia Singularis ex *Horoscopo*: quomodo Carolus Emanuel Sabaudiæ Dux, effigiabat *Sagittarium*, addebatque, OPPORTVNE: Cosmus Hetruriæ Dux, *Capricornum*, adjungendo *Cornu Copiæ* & *Gubernaculum navis*, quam figuram aliqui Numi Augusti referunt, & inscribendo: FIDEM FATI VIRTVTE SEQVEMVR; quasi diceret: Sicut Augusto Capricorni Horoscopus Imperium Terrarum Marisque portendebat, ita mihi sub eodem Signo nato, paria sperare licet. Efficiunt quoque *Singulares actiones*, ut Symbolum

bolum Singulare evadat. Vti, Carolus V. cum arma victricia in Africam adversus Tunetum & Goletam tulisset, pro Symbolo eligebat *Herculis Columnas*, cum Lemmate, Plvs Vltra. Fit insuper proprium Symbolum, *per allusionem ad aliud antecedens Symbolum aut Lemma*. Sic, cum Columnii Symbolum sibi sumsissent *Juncos marinos*, & epigraphen: Flectimvr Non Frangimvr: contra Cæsarinii Columnam eligebant, inscribentes: Frangimvr, Non Flectimvr.

Thesis Vigesima Nona.

NECESSE EST PERFECTVM SYMBOLVM INGENIOSVM EXISTERE.

Ingenium, duas involvit operationes intellectus: Sagacitatem in reperiendis circumstantiis, & Versabilitatem in iisdem colligandis. Ergo, tanto magis ingeniosum fuerit Symbolum, quanto plures circumstantias proprias & singulares complectitur. Eminet facile, inter ingeniosa Symbola, illud Mauritii Sabaudiæ Principis, & nota Academiæ Bellicarum atque Liberalium artium *de' Solinghi* dictæ, quam ipse fundaverat. Repræsentabat illud, *Speculum Concum*, in quod rudes & enormes super plano efformatæ figuræ, si admittantur, aptitudinem & concinnitatem referunt; adscripserat verba: Omnis In Vnvm: quæ, ex Virgiliano, *Virtus coit omnis in unum*, depromta. In hoc Symbolo, per ingenii vim inusitatam & incredibilem, Figura efformat Lemma, & vice versa, Lemma, Figuram; Anima pro Corpore est, & pro Anima Corpus.

Thesis Trigesima.

PERFECTVM SYMBOLVM RESPICIT FINEM ALIQVEM RHETORICVM.

Quodque Symbolum, cum sit Argumentum Rhetoricum, in Verisimilitudine fundatum, proinde necessario ad Rhetoricam persuasionem est ordinatum, & pertinet ad unum e tribus Causarum Generibus, quæ sunt, Demonstrativvm, Deliberativvm, et Jvridiciale. Demonstrativi Generis, sunt Symbola *Encomiastica*, quæ, Virtutem propriam, aut alienam celebrant. Sic, Justitiæ studium declaraturus Wilhelmus Dux Mantuanus, *Stateram* & *Gladium* depingens, adjiciebat: Cviqve Svvm. Et, Lucretia Gonzaga, Castitatis amorem, *Cerva* icone, ac verbis Petrarchæ, Nessvn Me Tocchi, sive,

Nemo

NEMO ME TANGITO, profitebatur. Insuper, Demonstrativi Generis sunt Symbola in *Vituperationem* efficta, uti cum Fœminæ Siculæ Insignibus, quæ, *Vitem* arbori *Populo* alligatam referebant, fuit additum: NULLA MAGIS ARBORE GAUDET. Generis DELIBERATIVI Symbolorum finis est *Suadere*, & *Dissuadere*. Quo referenda, *Navis undis jactata*, Cardinalis Granvelæ, cum voce Virgiliana, DURATE. Symbola JURIDICIALIA *accusant*, aut *defendunt*. Sic, cum Comitem Landrianum criminarentur inimici, quod ad honores evectus, otio se traderet; *Flumen exundans* depingebat, inscribebatque: ALTIOR NON SEGNIOR.

THESIS ULTIMA.

IN PERFECTISSIMO SYMBOLO SERVARE OPORTET DECORUM.

Aristoteles, solicite jubet Translationibus sive Metaphoris decenter uti. Decorum autem Metaphoræ, consistit in CONVENIENTIA, hoc est, ut attemperetur, *ei qui loquitur*, *ei qui attendit*, itemque *Subjecto*. Nimirum, debet inter Symbolum & Personam, quæ illud ostentat, justa servari proportio; atque est aliquod in Principem apte quadrans, quod neutiquam congruit Nobili privato, multo minus homini e vulgo. *Jupiter nubibus insidens, fulmenq; stringens*, cum Lemmate, POSSE SATIS EST, Symbolum erat Principis Bisignani: sed, quod rectius Monarcha aliquis, quam Vasallus sibi vindicasset. Ad Subjectum quoque respectum habere oportet. Hinc indecens fuerit, Verba Sacra Symbolo profano accommodare, aut Verba profana, Symbolo Sacro.

EPILOGUS THESIUM.

DEFINITIO SYMBOLI PERFECTISSIMI.

Quia hactenus quamque perfectionem singulatim examinavimus, in proclivi jam est, formare Perfectissimi Symboli Definitionem. In unum enim combinando requisita illa omnia, dicimus:

Perfectissimum Symbolum est Argutia Realis, fundata in Metaphora Proportionis, habens rationem Argumenti Poëtici, involventis Similitudinem, signifi-

ſignificans cogitatum particulare & Heroicum, interventu Figuræ Veræ, Nobilis, Vnicæ, Pulchræ, Naturalis juxta, ac Mirabilis, Novæ æque, ac Cognoſcibilis, repræſentatu facilis, Scuto proportionatæ, cum Proprietate Apparente, Actuoſa, & Singulari; quæ, innuitur Lemmate Acuto, Brevi, Contrario, Æquivoco, e Claſſico Poëta Latino depromto; ut Symbolum evadat Ingenioſum, & Proprium, Populare tamen, & Perſonæ ac Subjecto conveniens.

CENSVRA SYMBOLORVM ILLVSTRIVM, ET ADEO EIVS, QVOD HISTRICEM EXHIBET.

CAROLI V. IMPERATORIS celebratur Symbolum, *Columna*, puta, *Herculis*, cum Lemmate: PLVS VLTRA, quo ſignificabat, *ſpem ſeſe concipere, poſt expugnata bina Africa munimenta, ulterius propagandi Nomen Chriſtianum.* Dignum ſane eſt hoc cogitatum, homine Chriſtiano, & Heroë magnanimo: at, de re reliquo, *Corpus* Symboli non *Verum* & *Reale*, ſed, *Fabuloſum* & *Chimaricum* exiſtit. Quin, nec *Metaphora Proportionis*, *nec Argumentum Similitudinis*, hic ſeſe offerunt, unde ad quatuor terminos fieri nequit reductio. *Lemma* barbarum eſt, & citra metrum: Totumque Symbolum, aptius conveniret Ferdinando Hiſpaniarum Regi, qui Herculis metam primus ſuperavit.

Elegantiſſimis Symbolis annumeratur CARDINALIS FRANCISCI GONZAGÆ *Aquila, Ramo Oliva inſidens*, cum Lemmate: BELLA GERANT ALII. Et vero, eſt omnino hoc Symbolum, oculis viſu jucundum, & Perſonæ inſuper proprium, tum ratione *Figura*, quæ, *ad Inſignia Gentilitia* reſpectum involvit; tum ratione *Significatus*, decet enim iſta expreſſio Sacrum Principem, qui pacis, non belli ſtudium profitetur. Imo, in voce ALII, obſervant quidam argutam alluſionem, ad fortitudinem militarem, ejus Principum Agnatorum, quaſi dicatur: *Mea Aquila, non invidet gloriam aliis Aquilis Gonzagarum. Ego enim tam clarum me reddam Pacis artibus, ac Ferrandus Gonzaga Genitor meus, meiq; Fratres, Belli artibus inclaruere.* Acutum hoc, & *Heroicum* eſſe cogitatum, nemo negaverit. Cæterum, principio non fundatur in *Metaphora Proportionis*, ſed, nuda tantum *Attributione*: non enim ſeſe

offert *Argumentum aliquod similitudinis Proportionale* quatuor terminorum, sed, Simplex Symbolum, Aquilâ, Personam, & Olivâ pacem innuens, in modum *Hieroglyphici*, aut *Numi memorialis*. Porro, *Aquilæ*, & *Olivæ*, nulla inest *Proprietas Naturalis*, aut *Actuosa*, sed unice spectatur *Chimarica* quædam *acervatio*. Amplius, Lemma, non attinet ad *Figuram significantem*, sed proprie ad *Conceptum significatum*, remque tam clare exprimit, ut nulla opus sit Figura.

Superest, ut illud quoque Symbolum censuram subeat, quod hactenus in alia animadvertit, HISTRIX nimirum REGIS LUDOVICI. Ecquis, autem unquam speret, daturum se Symbolum sine labe, si quæ macula in hoc Sole deprehendetur, qui lumen nobis ministravit, ad aliorum Symbolorum nævos detegendos? Attamen, primo non habet hoc Symbolum pro fundamento *Perfectam Metaphorã Proportionis*. Etsi eim *Homo* & *Histrix*, Substantiæ sunt diversorũ Generum, tamen effectus *Ferire*, non est Proprietas similitudinis inter Genus utrumq; analogũ, qualis, verbi causa, esset, *Serenitas* Solis, & *Serenitas* Pacis; *Acumen* Gladii, & *Acumen* Ingenii; sed, est Proprietas ejusdem Generis Physici, quomodo se habent, ferire jaculo, & ferire gladio. Deinde, *Proprietas cominus & eminus feriendi*, non solius Histricis affectio est. Nihil enim impedit, quo minus Lemma hoc inscribas *Hastæ*, aut *Bombardæ*, maxime vero *Machinæ Archimedis*, quæ cominus & eminus feriebat; ut sic depingere liceat illam ipsam Machinam, Livio prædicatam, verbis propriis adjectis: EMINUS ET COMINUS. Denique, magno defectu laborat Symboli Corpus, neutiquam objectum nobile, quod de Persona in modum Metaphorarum honeste enunciare possit, repræsentans. Cum enim Histrix Gallis dicatur PORC-ESPIC, Italis PORCO SPINO, atque ipse Claudianus sic eam nobis describat:

——— *Os longius illi*
Assimilat Porcum: mentitæ cornua setæ:

apparet, non posse digne hanc formari Propositionem Metaphoricam: *Rex Ludovicus est porcus spinosus*: prout recte dicitur, *Achilles, est Leo.*

CONCLUSIO ARTIS SYMBOLICÆ.

Concludendum itaque, non esse humanæ opis, prædictas perfectiones omnes, in unum Symbolum redigere. Conceptio namque Argutiæ, est operatio quasi momentanea intellectus, quæ a Natura, Arte, aut Afflatu aliquo divino, fœcunditatem accipit. At, humanus intellectus, cum finitus & limitatus sit, in momento unico, tot perfectionibus pervestigandis vacare non potest. Porro, multæ illarum Perfectionum, juxta consistere nequeunt, ut idem hic, quod in *Vultibus* accidat. Flammea,

vis *Oculi nigri & micantis*, venerationem concilians, excludit comitatem *oculi glauci*, generantis amorem. Perfectio *comarum albicantium*, quæ illas filis aureis aſſimilat, ſegregat beneficium, quod in candore vultus provehendo, præſtant *comæ nigræ*. Sic in Symbolis, *Corpora maxime Nobilia*, nimis ſunt Vulgaria; *Peregrina*, minus cognita habentur; quæ, *depicta*, egregiam ſpeciem præbent, eam, *ſculpta*, penitus amittunt *Lemma aptum*, non erit Autoris; quod *ex Autore depromtum*, habebit aliquid ſuperflui. Senſus *Plani*, vulgares evadunt; *Eruditi*, deſinunt eſſe Populares, eademque reliquarum Perfectionum eſt ratio.

In multam noctem rerum pulcherrimarum ſeſe protraxerat lectio, nobis minime advertentibus, ita penitus defixi eramus, in meditatione eorum, quæ Eruditiſſimus Theſaurus fuerat commentatus. Cum vero finem feciſſemus legendi, non habeo, ait *Stoberlinus*, quod in his deſiderem, omnia non docte tantum, ſed & ex vero ſcripta videntur. Hui, quanti eſt ſapere! nunquam crediſiſſem, ad Symbolum conficiendũ tanto apparatu opus eſſe. Vocato vero famulo, cum cognoviſſet, noctis mediũ inſtare, etſi modus, inquit, ponendus eſt noſtræ lucubrationi, non tamen te dimitto, niſi prius oſtenderis Symbola, quæ tute compoſuiſti. Tum ego: Poſtquam Theſauri leges perſpectas nunc habeo exploratasq;, nimis, miſer, mea me opinione deluſum ſentio, nec poſſunt Symbola, quæ effinxi, reprehenſionem effugere, itaque non eſt cur ea fruſtra in medium producam. Inſtabat tamen valde *Stoberlinus*, ut promerem, quod animo conceperam, vel eam maxime ob cauſam, quo ingenium periclitaretur, num errores clanculum fortaſſe latentes, in apricum poſſet educere. Ego, qui Amicis, nihil eorum, quæ honeſte petunt, denegare ſoleo, &, quia magno probro futurum non erat, ſi in eo, quod Theſauro judice, nemo unus in hanc diem effectum dare potuit, quodque adeo effectum dari non poteſt, & ipſe defeciſſem, ſic ore meo effabar:

Eſt in Ratisbonenſi Vrbe, Vir Emendatus & Gravis, ac inter præcipua Germaniæ ornamenta numerandus, JOH. LVDOVICVS PRASCHIVS, quem, omnes Boni certatim, & tamen æqualiter amant.

amant. Consummata illi prudentia, consummata eruditio, cumque & CONSVL sit illius Reipublicæ, & PROTOSCHOLARCHA, in utroque officio sedulum & intentum se præstat, perpetuoque studet, ne quid CIVITATIS SCHOLARVMQVE commoda, detrimenti patiantur; quin potius in vota tutelamque, tam illius, quam harum, majorem quotidie induit solicitudinem. Ejus *Cognomen* videtur derivatum a voce Brack/quæ speciem aliquam Canum, Italis quoq; *Bracco*, Gallis *Bracque* dictam, designat, certe *Canem ejusmodi habet in Insignibus Gentilitiis*, atq, celebravit hunc suum Canem, XXXIV. Epigrammatibus elegantissimis, quæ typis descripta, passim circumferuntur, & eruditorum laudem promeruere, quibusque Insignia præfiguntur. Cum ergo PRASCHIVS saluti Vrbis, Scholarumque, inconnivis oculis assidue semper invigilet, quadrat in eum apprime pro Symbolo, CANIS VINCTI, OSTII OBSERVATORIS figura, quam, ceu dixi, ostentat in Insignibus, qua, inter mortalium cœtus est noscibilis. Huic adscribendum censui, illud Virgilianum, ex IX. Æneidos:

FIDVSQVE AD LIMINA CVSTOS.

At, nunc,

— Major rerum mihi nascitur ordo,
Majus opus moveo.

Scilicet, inter eos nomen profiteor meum, quos heroica illa Fortitudo, cujus novum & inusitatum hactenus exemplum dedit, SERENISSIMVS ET POTENTISSIMVS BAVARIÆ ELECTOR, ex admiratione rapuit in stuporem. Quam enim in expeditionibus hisce iteratis adversus Turcas, opere strenuum, corde impavidum se præstitit, & inter confertissimos hostium cuneos,

— per obstanteis catervas
Explicuit sua victor arma!

Narravit mihi Frater, qui spectavit, eum semper in agmine Ducem, in acie commilitonem fuisse, & subiisse, quicquid laborum, conatuum, discriminum, virtus humana capit. Quoties confligendum erat, spirasse in vultu Martium furorem, & quaqua progressus est, terrorem, fugam, vulnera, cædem, tulisse in inimicos.

Itaque vidiſſe circa eum, debiles integris implicitos, equos ſuffoſſos in cruore lapſantes, trunca capita, ſucciſos poplites, ægre ſpirantia, aut, quæ ſanie taboque fluebant, cadavera; audiviſſe, morientium gemitus, fugientium clamores. Huic ego DIVINO PRINCIPI non parcus ejus venerator, Scutum in Gloriæ templo appendo, quod LEONEM refert, cui amplum caput, magni & eminentes oculi, villoſa ſupercilia, inflatum collum, tumida cervix, effuſa juba, cauda prægrandis, firmum pectus, os ſævum, & ex immani animantium ſtrage ſanguinolentum. Adjungo, hoc dignam epigraphen, Maronis verba, ex Æneidos IX. depromta:

FREMIT ORE CRVENTO.

Eſt Leo, propria BAVARI ELECTORIS nota, habet enim illum in Inſignibus, ſuntque eorundem Inſignium Leones duo Telamones. Vnde haud aliter, ac viſa Aquila bicipiti, Imperatoris, ita cum Leo, tanquam Inſigne ac indicium in Germania objicitur, BAVARICI OCTOVIRI cogitatio, mentem omnium hominum occupat. Hinc, cum Johannes Biſſelius, Vir, e Societate Jeſu ingenio excellens, & ſermone diſertus, quemque familiariter dilexi, Incluti MAXIMILIANI, Avi ejus, quem nunc colimus, Principis, Expeditionem, Pugnam, & Victoriam Pragenſem libro complexus eſſet, *Leo Galeatus*, illi nomen dedit. Jacobus Schmidius vero, ex eadem Societate Presbyter, cum ſacrum ſermonem, quo FERDINANDO MARIÆ, Magno Parenti PRÆSENTIS ELECTORIS, pro ſuggeſtu parentaverat, typis excudendum dediſſet, inſcripſit eum: Chur Bäyriſche Löwenhaut/bald trucken/bald naß. Denique, Nobiliſſimus Praſchius, in eleganti Idyllio, quo his proximis diebus Recuperationem Budæ celebravit, cum noſtrum PRINCIPEM ſignificare vellet, haud alio quam iſto ſermone uſus eſt:

Cernis & in media generoſum pube Leonem,
Et Boicas acies, & cærula tendere ſigna?

Atque hæc, mi *Stoberline*, ſunt illa Symbola, quorum excogitatione nonnihil mihi placebam, ſed quibus, poſtquam Theſaurum recoluimus, multum ex venuſtate, qua pollere ea arbitrabar, decedit.

Stoberlinus contra, aut valde fallor, ajebat, aut quod tute existimas multum esse, perparum erit. Indormiam autem hisce, &, pace quod fiet tua, crastina luce, feram meum qualecunque judicium. Cum me hoc enixe velle dixissem, bene valere jusso Amico, in diversorium me recepi.

Cæterum, credo hunc somnum oculis non vidisse suis, quamprimum enim rosea Aurora, jubare suo prominere, & Solis adventum nunciare cœperat, adest, qui me quieti adhuc traditum excitans, legere jubet, quæ *Stoberlinus* scripserit. Notaverat is in Scheda breviter, PRASCHIANI SYMBOLI Lemma, valde quidem sibi placere, quia verba,

FIDUSQUE AD LIMINA CUSTOS,

apud Poëtam, conveniant *Antiquum in Buten*, qui

— — Dardanio Anchisæ
Armiger ante fuit, FIDUSQUE AD LIMINA CUSTOS,
Tunc Comitem Ascanio pater addidit:

Sed, habere nihilo secius hoc incommodi, quod τὸ QUE, abundet ac otiosum sit, atque sic peccetur adversus Thesin Thesauri XXII. Posse etiam cui videri, quasi DECORIS negligens sit Symbolum, quod Thesi ultima, ille, quem Autorem sequimur damnat. Porro, in ELECTORALI SYMBOLO, sese id quam maxime desiderare, quod Verba,

FREMIT ORE CRUENTO,

jam ipse Virgilius de Leone enunciarit, non posse igitur me, sensu eodem illa accipere, citra violationem Theseos XXIV. Esse enim, hunc orationis nexum apud Poëtam;

Impastus ceu plena Leo, per ovilia turbans
(Suadet enim vesana fames) manditq; trahitq;
Molle pecus, mutumq; metu; FREMIT ORE CRUENTO.

Amplius, in utroque Lemmate deficere ANTITHESIN, quam exigit Thesis XXV. Præter hæc autem, non reperire sese, quod carpat, & congruere satis Symbola ista, ad reliquas Thesauri leges omnes.

Erant hæc, ipsa illa, quæ animo meo prævideram, objectari mihi posse; itaque agnoscens, hærere mihi aquam, de Symbolis cu-

ram penitus abjeci, etsi nonnihil dolebam, me gemina spe, ingenii nimirum ostendendi, captandæque rarioris Monetæ Aureæ, decidisse. Non igitur ad *Stoberlinum* reversus sum, sed, quia quicquid negotiorum incubuerat, expediveram, itineri me rursus committo, conscendoque solus carpentum.

Verum enim vero, cum nemo adesset, qui me interpellaret, atque ego, in illo longo aliquot horarum otio, resupinatus unam rem ex alia meditarer, subibant simul mentem varia Poëtarum dicta, uti soleo, cum vacat, iis quæ puer didici, nunc senectæ propinquus, memet oblectare, & Veterum aurea dicta recolendo, vitæ, quæ subinde objiciuntur, molestias dispungere. Cæterum, forte fortuna recordabar versuum quorundam, qui effecere, ut gaudio pæne exsilirem. Animadvertebam enim, suppeditare eos mihi nova Lemmata meis Symbolis, & ea quidem, in quibus nec *Stoberlinus* noster, nec alius fortasse habiturus sit, quod admodum in vitium rapere queat. Nec mora, Altdorfium delatus, sumto in manus calamo, ad *Stoberlinum* raptim, & dum calor adhuc manebat, epistolam exaro, in hanc sententiam:

Quod in SYMBOLO PRASCHIANO DECORIS me non usque quaque observantem fuisse existimas, id neutiquam tibi concesserim. Cum enim Flos Virorum PRASCHIUS, Canem gerat in Insignibus, nihil obstat, quo minus per translationem aliquam, de eo, fidum hoc, & quod Nobiles æque, ac vulgus hominum in pretio habent animal, in Symbolo prædicetur. Est enim, secundum Thesaurum nostrum Thesi XVII. inter Insignia & Symbola perparum discriminis, neque illa, dummodo recte & cum judicio excogitentur, figuras aliquas veras & in rerum natura existentes admittunt, quæ ab his excludantur. Et vero, Cani id tributum, ut inter fixa sidera, primo loco poneretur; imo, apud Ægyptios, Hespero quoque prælata ejus Stella, Isidisque, quæ, cum Osiride supremum iis Numen erat, nomine fuit insignita. Nec minus iidem, Anubin Osiridis filium, canino capite, ceu vel in Obeliscis qui Romæ supersunt, cernere est, figurabant, quem exinde latratorem, Virgilius vocavit. Cares, Marti; Romani, Rubigini; Samothra-

thra-

thraces, Hecatæ, Canem immolabant; quin, omnes Græcos, in sacris expiatoriis Numinibus Canem obtulisse, Plutarchus autor est: τῷ δὲ κυνὶ, πάντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, Ἕλληνες ἐχρῶντο καὶ χρῶνται μέχρι νῦν ἔνιοι σφαγίῳ πρὸς τοὺς καθαρμούς. *Cane vero universi, ut sic dicam, Græci usi sunt, & etiamnum ex parte utuntur, ut victima, ad Expiationes.* Dignum notatu, quod Mennenius, libro de Ordinibus Equestribus prodidit, *Canis Ordinem* a Buchardo IV. ex Momorantia Familia, primo Galliæ Barone, institutum; qui, cum Philippo I. Galliæ Regi, vel potius Ludovico filio ejus, a quo Arce quadam privatus erat, quod Adrianum Abbatem S. Dionysii bello vexasset, reconciliatus esset, Anno MCII. Lutetiam venit, magna comitatus caterva Equitum, quibus omnibus *Canis Insigne* de collo pendebat, ad fidelitatem suam demonstrandã. Quin, nec ipsam Canis appellationem a se alienam judicarunt, viri genere & potentia spectabiles. Certe Calebi, qui pietate sua, ex omnibus Judæis Ægypto egressis, solus cum Josua promeruit, ut Palæstinam adiret, nomen, Hebræorum lingua, nihil nisi Canem significat. In Scaligerorum, Veronæ & Patavii Dominorum antiquissima prosapia, *Canis Mastinus, Canis Franciscus, Canis Grandis, Canis Signorius*, sese offerunt. Et, ne peregrinis longiusque petitis rebus, nimis immorer, sunt in Germania Familiæ Nobilissimæ, quæ a Cane, **Hund**/ cognomentum habent; idque vel simpliciter, quales in Silesia & Stiria agunt; vel, cum additamento aliquo, prout in Bavaria offendimus **die Hunde von Lauterbach**; in Hassia, **die Hunde zu Kirchberg**; ad Rheni ripam, **die Hunde von Solheim.** Occurrunt similiter, **die Hunde von Wenckheim**/quorum memoria, pessime omissa est, in opere Insignium non Sibmacheri tantum, sed & Fürstiano, cum tamen *Georgium Hund de Wenckheim*, superiore Seculo ultra medietatem provecto, Magnum Magistrum Ordinis Teutonici fuisse constet, cujus Insignia exhibet Joh. Caspar Venator in Historia Ordinis Teutonici l. 3. c. 16. De DECORIS igitur neglectu, nihil est, quod dicas mihi. Attamen, ad particulam QVE, in verbis, FIDVSQVE AD LIMINA CVSTOS, quod attinet, tibi assentior ac libens, vitiare eam Symbolum,

cum sit superflua, otiosa, & inanis, nihilque ad sensum conferat. Vulgo id quidem non attenditur, nam, Vir ille Optimus, cujus in universam Literariam Rempublicam, &, si hoc adjicere licet, in me quoque merita, nulla unquam delebit oblivio, JOH. CAPELLANVS, pro Symbolo utebatur Ave, quam Aquilam esse credo, alarum remigiis in cœlum enitente, cui inscripserat:

VIAMQVE AFFECTAT OLYMPO.

Extat Symbolum, in Augustissimi Franciæ Regis honorem, & memoriam XII. Vrbium, una expeditione Anno MDCLXXII. ab illo captarum, quasque his nominibus Galli enunciant, *Bomel, Orsoi, Reinberg, Wesel, Emerick, Schinck, Arnhem, Doesborg, Zutphen, Deventer, Nimegue, Grave*, effictum, in quo, Apollo currum suum lætus agit, habenasque equis spumantibus laxat, lemma habet,

SOLISQVE LABORES.

Sed, quia in præsentia, eam, quam Thesaurus exigit, summam *ἀκρίβειαν* venamur, non diffitebor, talia nobis præsidio esse non posse. Venit igitur mihi in mentem, lemma aliud, quod ex Tibulli lib. 1. El. 3. priori substituere liceret, Canique PRASCHIANO addere, æque aptam ac convenientem inscriptionem:

EXCVBAT ANTE FORES.

Enim vero, aut valde fallor, aut nec hanc admodum probabis, quia Tibullus, in Cerbero describendo ea verba adhibuit, ut sic, quod semel de Cane jam dictum fuit, de eodem in Symbolo iterum enunciare, lege Symbolica prohibeamur. Nimirum, sic est apud Poëtam:

Tum niger in porta Serpens, tum Cerberus ore
Stridet, & aratas EXCVBAT ANTE FORES.

Quanquam autem, si Thesauro judice, qui, fictas & veras res, toto genere a se invicem distare, merito pronunciat, certaremus, superior fortasse abirem, nec omnino Genio Symbolorum adversum est, quod de humani cerebri inventis, Poëta aliquis expressit, Naturæ operibus tribuere; tamen, & ego agnosco, Canem fictum, pro Cane valere, Canemque dici, & tute in eum mihi statum denique redigendus es, ut nihil penitus habeas, quod obloquare. Ecce

tibi novum Lemma, & rursus Divini Maronis verba, ex IX. Æneidos:

PORTÆ CVSTOS ACERRIMVS.

Apud Poëtam de *Niso* Euryali socio, quibus ambobus portæ urbis tutela commissa erat, prædicatur, quod nos, ad Canem, ornata concinnitate transferimus. Atque, nunc eas, o Noster *Stoberline*, & Thesauri præcepta, cum emendato sic PRASCHIANO Symbolo componas, volvasque omnia & revolvas, ne hilum, sat scio, invenies, quod præter Antithesin, de qua mox dicendum erit, desideres. Macera te quantum libet, & a me interim cape versiculos:

EXCVBAT ANTE FORES *Musarum* Praschius, *idem*
Est Patriæ prudens, FIDVSQVE AD LIMINA CVSTOS;
Sic geminæ PORTÆ, CVSTOS ACERRIMVS *audit.*

Cæterum, nec majus & altius illud ELECTORALE SYMBOLVM, ego decoquam. Saltem igitur, illud, FREMIT ORE CRVENTO, hoc mihi conferet, ut nemini dubium sit, in Leonem verba summopere, imo unice quadrare. Jam ergo, si Lemmati huic ex I. Æneidos voculam superaddam, ut Fortissimi BAVARI ELECTORIS LEO, nunc pro Inscriptione ferat illud, de *Furore* a Poëta prolatum:

FREMIT HORRIDVS ORE CRVENTO:

palam victus es, habes, & herbam mihi porrigas necesse est. Nisi forte huc evadas, in libris nostris excusis, *Fremet* communiter legi, non *Fremit*. Quod, etsi leve cuipiam videri queat, tamen mihi neutiquam negligendum fuerit. Monendus autem es, in nostro bonæ notæ Codice MS. cujus tibi, quamprimum expetes, copiam promte faciam, *Fremit* perspicue extare, non *Fremet*; atque prius quoque, orationis apud Virgilium compages, quodammodo postulat, quæ talis est:

——— ——— *Furor impius intus*
Sæva sedens super arma, & centum vinctus ahenis
Post tergam nodis, FREMIT HORRIDVS ORE CRVENTO.

Habet verbum *Horridus* ἐνέργειαν ingentem, Symboloque extremam conciliat speciem, dum non minus Leonis, quam cujus imago est,

go est, ELECTORIS Strenuissimi, trucem in hostes vultum, minaces oculos, rigentes crines, ira quatientes sese lacertorum toros, graphice nobis depingit. Licebat quidem, salvo sensu, exprimendo vocem HORRIDUS, tollere vicissim verbum CRUENTO, ne ternarium vocum numerum Lemma excederet. Sed, iste, Thesauro autore, minime ad essentiam Symboli perfecti requiritur, & habet omnino quaternarius, illo, in Thesi XXII. & XXV. arbitro, locum, si verbis omnibus opus sit, ad actionem, sive proprietatem Corporis, explicandam. Accidit hoc utique in præsentia, nec potest conspici OS CRUENTUM, si (quæ, ceu Thesaurus in Thesi XIV. persuadet, propria in Symbolis effigiandis ratio est) in Scuto cæletur Leo, aut carbone designetur, nisi ejus sermone fiat indicium. Id vero os cruentum, si abesset, nimium venustatis decederet Symbolo, cædes tum tantum futuras præsagiente, non jactitante peractas. Insulto igitur tibi *Amice*, rursus versiculis:

Scuto Bavarico inscriptum, FREMIT ORE CRUENTO,
Laude tua dignum credebam, non placet, inquis;
Hoc ergo placeat: FREMIT HORRIDUS ORE CRUENTO.

Neque est, ut in hoc quoque Symbolo Antithesin abesse cavilleris: nam, circa eam unam, Illustri Thesauro eodem animo repugno, quo in cæteris omnibus obsequor. Quis enim, præter illum, sibi persuadeat, Heroas, dum magnum aliquid, & insigne in Symbolo significare volunt, per contraria id exprimere debere? Exigitur in Symbolo dictum acutum, ingeniosum, præclarum, solers, &, non sponte excogitatum, sed quasi entheum. Tale autem aliquod esse potest, citra Antithesin. Et sane, uti non inficior, in iis Symbolis, in quibus argumenti natura & conditio, Antithesin admittunt, hujus quoque haberi debere rationem; ita, ad figuram aliam, quæ Antithesin respuit, hanc accommodare velle, stultum inceptu, stultum exitu esset, quod vitandum. Quin nec

in illo COMINVS ET EMINVS Ludovici Regis, cujus Symboli autoritate unice nititur Thesauri assertum, vera est Antithesis. Quippe, hostes cominus constituti, neutiquam eminus agentibus opponuntur, utrisque enim idem adversus Ludovicum consilium, eadem nocendi voluntas: & adeo Histrix quoq;, eodem modo erga utrosque se gerit, omnes spiculis suis impetendo. Quapropter, si quid ego perspicio, extortorem & contortorem quodammodo agit Thesaurus, dum Lemma, COMINVS ET EMINVS, pari passu vult ambulare cum istis: PERIT, VT VIVAT: PERCVSSVS ELEVOR: INCLINATA ASSVRGO: NEC CITRA, NEC VLTRA: CONDVNTVR, NON RETVNDVNTVR: SI DEFERAR EFFERAR. Scilicet, indicatur in his omnibus gemina actio, quarum neutra simul cum altera consistit, sed non nisi una exclusa aut cessante, alia succedit in locum. Longe secus ibi se res habet, una enim eademq; actione Histrix defungitur, stant in una & eadem acie hostes inter se concordes, nec aliud discrimen, quam quod quidam propinqui sunt, alii remotiores paulo, & post principia. Ipsa quoque Autorum loca, e quibus illud COMINVS ET EMINVS petitum esse Thesaurus censuit, mihi subveniunt. Dum enim Livius ait: *Sed, ea quoq; pars, omni Tormentorum apparatu instructa erat: quæ non* EMINVS *tantum, sed* ET COMINVS *tela mitteret*: Dum ait Lucanus:

— *Sic undiq; septa Juventus,*
COMINVS *obliquis*, ET *rectis* EMINVS *hastis*
Obruitur:

Antithesin quidem aliquam, exprimunt, sed quæ in aliis atque aliis tormentis, telorumque generibus, in alia atque alia hastarum vibratione fundatur, quale quid non observamus in verbis COMINVS ET EMINVS, quatenus ad Ludovici Regis Symbolum transferuntur. Quodsi vero, qualiscunque contrarietatis umbra ad Anthithesin Symbolicam sufficit, ne nostrum quidem ELECTORALE SYMBOLVM, ea privum esse, dici debet. Namque, FREMIT HORRIDVS, præsentis, ORE CRVENTO, præteriti temporis respectum habet, præsens autem, & futurum, per oppositionem segregantur.

Æquant

Æquant ergo Symbola nostra, Ludovici XII. Regis Symbolum, imo, quod fidenter dicimus, illud antecellunt. Est Histrix, minutum & vile animal, nomine abjecto: Nostra animantia, sunt magnitudine insignia, nec alia magis Regibus in deliciis & ostentatione. LEONIS appellationem non ipsum supremum Numen, CANIS cognomen, non qui inter illustres viros eminere volebant, non generosi sanguinis Principes, defugerunt. Lemma COMINUS ET EMINUS, hoc verborum continuo ordine, haud reperitur apud ullum Classicorum Autorum, ne quidem prorsa oratione utentem. Nobis, nostra, Divinus Maro, *πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων* suggessit. Ludovicus Rex, minime Histrice erat noscibilis, nostræ figuræ, eos quibus affinguntur, accurate designant. Præterea, τὸ FERIRE, quod ad Ludovici Regis Symboli essentiam pertinet, Metaphora, sive Analogia penitus cassum deprehenditur, & eadem proprietate, de Rege, qua de Histrice effertur. In SYMBOLO PRASCHIANO, vox PORTA, cum semel *ostium ædium, in quibus habitamus*, significasset, amplius per geminatam Synecdochen, & *Vrbem Ratisbonensem*, &, *Bonæ Mentis Liberaliumq. Artium officinam, Gymnasium ibi publicum*, designat, ea ratione, qua in Sacris Libris, (nec enim ad Profanos Scriptores provocabimus) *Portæ Hierosolymorum*, ipsam Vrbem, & *Portæ Templi*, ipsum Templum, frequenter innuunt. Cæterum, CUSTODIENDI actus, aliter a Cane, aliter ab Homine peragitur, quem iste corpore, hic mente, & animo præstant, unde prognascitur Translatio. In ELECTORALI SYMBOLO, τὸ FREMERE splendidissimam involvit Metaphoram, & de Leone proprie, de ELECTORE autem HEROE, *καθ' ὁμοίωσιν*, & Analogiam, aptissime prædicatur. Imo, in hoc Symbolo nullum prorsus verbum est, quod non Translationem referat. Denique, Ludovici Lemma, æque ad alias res, ac ad Histricem quadrat; nostra, proprie, concinniter, & proxime, ad nullas prorsus quas rerum Natura sinu suo complectitur & fovet, præterquam ad eas figuras solas, quibus a nobis adjunguntur. Sic igitur omnes illæ Perfectiones, quas a Ludovici Regis Symbolo abesse queritur Thesaurus, in nostris palam locum sibi vindicant.

Bonum factum! ostendam tibi *Stoberline Amice*, Symbolis nostris, Perfectiones insuper inesse duas, quas adeo Thesaurus ignoravit, quasque ab illo solerter animadversis perfectionibus reliquis, superaddimus velut in cumulum. Nempe, Lemma PRASCHIANI Symboli, habet hoc singulare, quod non tantum Virgilius alio sensu verba illa adhibuit, sed, quod præterea in contextu orationis, nullo modo cohærent, atque ibi sejunctissima sunt, quæ nos apte connectimus. Nam, Virgilius quidem dixit:

> *Nisus erat* PORTÆ CVSTOS, ACERRIMVS *armis*,
> *Hyrtacides (comitem Æneæ quem miserat Ida*
> *Venatrix, jaculo celerem, levibusq; sagittis.)*

Sed, hic cultus longe minor est, præ illo, quo ELECTORALIS Symboli Lemma gaudet, suumque culmen fastigiat. Non enim tantum Leonis immanitate efferati, actionem significat, verum etiam reapse exprimit, ac necessitatem imponit cuique legenti, ut ingeminando horrisonam Literam R. fremitum Leonis imitetur, atque terrorem audientibus incutiat. Proinde, ausim sperare, ELECTORALIS hujus SYMBOLI, subscriptores approbatoresque habiturum me non tantum homines omnes, sed & beatas Angelorum mentes, quæ DEO charum PRINCIPEM *custodiunt in omnibus viis suis, inq; manibus portant, ne forte offendat ad lapidem pedem suum*, efficiuntq;, *ut cadant a latere suo mille, & decem millia a dextris ejus.* Nihil enim certe quicquam nos egimus aliud, quam ut ad hypothesin transferremus, quod ipsum Æternum Numen, ore Regum Sapientissimi Proverb. XIX. 12. proloquutum est in thesi: SICVT FREMITVS LEONIS, ITA ET REGIS IRA. Sic jam denique, *Stoberline* dilectissime, satis superque me defunctum esse credo eo, quod mei erat muneris. Agedum, fac tu quoque, amabo, tua ut promissa appareant, Aureoque illo, quem valde expeto, Numo, me dona. Id nisi actutum præstiteris, Pomponium Secundum, tragœdiarum scriptorem imitando, *ad populum provocabo.*

55



56



EXERCITATIO SECVNDA.

Revelatur Arcanum Steganographicum, cujus ope, Amici toto Orbe ſejuncti, omnia animi ſenſa, celeriter, quin & plene planeque invicem communicare poſſunt. Docet amplius modum, parandi Candelam, quæ, Homine aliquo vivo, aſſidue ardet, illo vero moriente, defetiſcitur, & lumen amittit. Suppeditat inſuper, adverſus Epilepſiam, Peſtem, Hydropem, & Podagram præcipue, Vulnerata item quæcunque, nullis cognita, nova Remedia. Subjicitur Poëta Hebræus, de tuenda Sanitate.

GVSTAVO CARLHOLMIO
Clarisſimo Viro,
JOH. CHRISTOPHORVS WAGENSEILIVS.
S. P. D.



Vanquam hæc, inter nos nupera notitia admodum eſt, tamen, & Virtus tua, Vir Clariſſime, & eruditio, faciunt, ut non ſecus te amem, ac eos, qui multos modios ſalis mecum comedendo, amicitiæ munus egregie expleverunt. Quæ, dum dico, imprimis populares tuos, Celebres, & bene de Republica Literaria merentes Viros, JOHANNEM BILBERGIUM, & GVSTAVVM PERIN-

PERINGERUM, utrosque Regiæ Academiæ Upsaliensis Professores dico, quos, uti præsentes summopere dilexi, ita absentium memoria, tenacissime animo inhæret, nec erit illa dies, quæ eam inde eximet. Commodum autem, tu me de iis certiorem reddidisti, quæ maxime volebam, hoc est, frui eos sanitate perfecta, vivere in summa existimatione, atque conjugibus, re familiari, prole denique pulchra auctos esse; talia enim, ob nimiam sejunctionem, quæ, ne literarum quidem comercium commode admittit, non satis perspecta ante habebam. Horum vero nomine, uti impense lætatus sum, ita prorsus gaudio delibutum me reddiderunt, quæ, de gratia immensa, qua apud Potentissimum Sueciæ Regem, Patronus tuus, Illustrissimus ac Excellentissimus Dominus ERICUS LINDSKIÖLD ex merito fruitur, deq; amplissima fortuna, honoribusq; ejus, dum ad Regii Consiliarii, Aulæque Cancellarii dignitates supremas evectus est, mihi commemorasti. Licuit olim ipsum, non me fastidientem, Argentorati primũ, & postea Londini in Anglia, cum peregrinaretur, colere, idemq; nunc facio, mente pia & voto, Deum precatus, ut omnes cogitationes ejus, tam lætus sequatur eventus, quo æterna laude florentem virtutis suæ gloriam, incolumis & hilaris, indies magis magisque adaugeat. Sic nos, suavissimis sermonibus cibos nostros condimus, ut magis sapidi evadant, atque prout occasio fert, modo de divinis, modo de humanis, inter nos cernimus. Cæterum, heri quidem in cœna, de modis occulte aliquid alteri significandi, colloquebamur, quorum cum aliquammultos alter alteri recensuisset, postremum id erat, ut ex me percontareris, quid mihi videatur de illis, quæ JOHANNES TRITHEMIUS Spanheimensis primo, deinde S. Jacobi apud Herbipolin Abbas, & Steganographicæ artis primus quasi magister, jactaverat in literis scriptis Gandavum, ad Arnoldum Bostium Carmelitam, quæ passim inter παράδοξα allegentur? Scilicet, prædicare in his Trithemium, *posse se mentis suæ conceptum notum facere artem suam scienti, ad quamcunq; distantiam, ad centum milliaria vel plura, secure, sine verbis, sine scriptis, sine signis, sine nuntio. Posse se voluntatem suam indicare, sedenti in carcere, etiam longe absentem, quantumcunq; custodiatur al-*

ter, etiamsi tribus milliaribus sub terra sederet: & posse se hæc omnia latissime & universaliter, quando, & quotiescunque velit, naturaliter, sine aliqua superstitione, vel adjutorio spirituum. Respondebam ego, subridens, quicquid Trithemius promiserit, non tantum præstiturum me, sed adeo, iis longe ampliora, magisque fidem mortalium superantia. Nimirum, dum mysteriis Steganographicis intendo, eadem simul opera posse me parare Candelam, cujus ea indoles, ut quoad homo aliquis superstes vitam agit, flammam suam servet, illo autem fato suo proximo, exile ac tenue lumen spargat, idque, cum mortuo, penitus amittat. Cum animadverterem, laborare apud te assertorum fidem, meipsum corrigens, agnosco, inquam, Vir Optime, nimium me dixisse, quod ad ista præstanda me satis valere professus sum paulo incogitantius, id enim non opis est nostræ, sed alterius artificis. Saltem tamen modum cognitum habeo, quo, & ista, & alia multa, æque portentosa, effecta reddi queunt. Atque, ne hæc quoque temere me affirmare arbitreris, ecce, do fidem, me tibi revelaturum arcanum, cujus neminem unquam (vides quanti te æstimem?) conscium feci, quodque non aliter ac si ad Eleusinia mysteria pertineret, religioso per viginti amplius annos pressi silentio. Juvat enim tandem, coram te, imo & publicitus,

Jactare tacitis conscias sacris faces.

Interim, quia ista, viva voce prolata, segnius percipiuntur, literis consignabo omnia, ut melius assequi, & servare, illa tibi liceat. Is finis erat, nostri hesterni sermonis, atq; ego, nunc mea promissa exequi volens, ut altius rem repetam, necessitate compellor. Non ignoras, Vir Doctissime, Trithemium Opus Steganographicum, quod meditatus fuerat, minime ad finem perduxisse. Ea, quæ ad nos pervenere, unice fere ad arcanos, per literarum elementa scribendi modos, attinent, quos ille, ne promiscue omnibus iñotescerent, dæmonum terrificis nominibus ac adjurationibus, ita involvit, ut multi, qui in ista inciderunt, toti exhorruerint, & nihil, nisi male ominata verba, & fœda ac nefanda carmina, oculis suis usurpare sese reputarent. Non fuit, ut alios complures taceam, aliter fere animatus, ipse *Daniel Schvvenderus*, hujus quondã

Academiæ Professor non inglorius, ceu constat ex libello, cui præfigitur titulus: *Steganologia, & Steganographia aucta,* Geheime/Magische/Natürliche Red-und Schreibkunst. Durch *Janum Herculem de Sunde,* sonst *Resene Gibronte Runeclusam Hunidem,* der *Magiæ Naturalis* besondern Liebhabern. Hic enim liber, Schwenderum nostrum, ceu Anagrammatismus quoque arguit, habet Autorem. Minime igitur effugere potuit Trithemius, sinistra judicia, etsi in præfatione Steganographiæ suæ, qua, *Serenissimo Principi, Domino Philippo, Comiti Palatino Rheni, Duci Bavariæ, Sacriq; Imperii Principi Electori,* dicata illa fuit, solemnem hanc, gravissimamque, interposuit protestationis formulam: *Dico ergo, & coram omnipotente DEO, quem nihil penitus latere potest, & coram Jesu Christo, unigenito filio ejus, qui judicaturus est vivos & mortuos, in veritate dico, juro, & protestor: Omnia & singula, quæ in hoc opere dixi, & dicturus sum, omnesq; hujus scientiæ vel artis proprietates, modi, figuræ, operationes, traditiones, receptiones, formationes, adinventiones, institutiones, mutationes, alterationes, & universa, quæ ad ejus speculationem, inventionem, consecutionem, operationem, & practicam, vel in parte, vel in toto pertinent, & omnia, quæ in hoc nostro volumine continentur, veris, catholicis, & naturalibus principiis innituntur, fiuntq; omnia & singula, cum DEO, cum bona conscientia, sine injuria Christianæ fidei, cum integritate Ecclesiasticæ traditionis, sine superstitione quacunq;, sine idololatria, sine omni pacto malignorum Spirituum, explicito & implicito, sine suffumigatione, adoratione, veneratione, cultu, sacrificio, oblatione Dæmonum, & sine omni culpa vel peccato, tam veniali, quam mortali, fiuntq; omnia & singula, cum veritate, rectitudine, sinceritate, & puritate.* Sequuntur in hanc rem alia multa. Non frustra igitur quispiam miretur, quomodo acciderit, ut circa Trithemium, Eminentissimus de Scriptoribus Ecclesiasticis Commentator, in hæc eruperit verba: *Scripsit opus inscriptum Steganographiam, id est, occultam scriptionem, quod opus prohibitum merito est, cum sit plenum perniciosis dogmatibus, ad Magiam pertinentibus, quod & ipse agnovit, & confessus est.* Et vero, postquam diu ancipites hæsere mortales, nescientes quid Steganographiæ facerent, commodum tandem dies nos docuit, rem omni-

no ita se habere, prout ex animi sui sententia, magna altaque voce, & sub jurisjurandi quasi religione, Trithemius asseveraverat, nec continere eam quicquam, a pietate Christiani hominis alienum. Primum hoc se pervidisse, atque humano generi ostendisse, non ita pridem sibi persuasit, Vir utique doctus, & judicio solers, *Wolfgangus Ernestus Heidel Wormatiensis*, cujus Anno MDCLXXVI. Moguntiæ prodiit liber, cum hac inscriptione: *Johannis Trithemii primo Spanheimensis, deinde Divi Jacobi Peapolitani Abbatis, Steganographia, quæ, hucusq; a nemine intellecta, sed passim ut supposititia, perniciosa, magica, & necromantica, rejecta, elusa, damnata, & sententiam Inquisitionis passa; nunc tandem vindicata, reserata, & illustrata. Ubi post Vindicias Trithemii, clarissime explicantur Conjurationes Spirituum, ex Arabicis, Hebraicis, Chaldaicis, & Græcis Spirituum Nominibus, juxta quosdam conglobatæ, aut secundum alios, ex barbaris, & nihil significantibus verbis concinnatæ.* Atenim, toto, quod ajunt, cœlo, erravit Heidelius, dum ipse credidit, sibi primo ac soli licuisse esse tam beato, ut Trithemii incantamentis personam detraheret. Fecerat hoc longe prius, majoribus auspiciis Divini Genii subnixus, Seculi honestamentum, Germaniæ dulce quondam decus præsidiumq;, GUSTAVUS SELENUS, hoc est, Serenissimus, ac toto orbe decantatus, AUGUSTUS DUX BRUNSUICENSIS ET LUNÆBURGENSIS, in luculento tantoque Principe digno Opere, quod Anno MDCXXIV. *Johannes & Henricus Fratres* die Sternen / *Bibliopolæ Lunæburgenses*, excuderunt, quodque FERDINANDO II. Cæsari inscriptum, hanc monstrat epigraphen: GUSTAVI SELENI, *Cryptomenitices & Cryptographiæ Libri IX. In quibus & planissima Steganographiæ a Johanne Trithemio, Abbate Spanheymensi & Herbipolensi, admirandi ingenii Viro, magice & ænigmatice olim conscriptæ, Enodatio traditur. Inspersis ubiq; Authoris, ac Aliorum, non contemnendis inventis.* Necesse est, non oculos tantum, sed & notitiam omnino omnem Heidelii effugerit hoc Opus, nec enim verisimile fit, illum ita frontem perfricuisse, ut Optimi Maximique Principis gloriæ, data opera caliginem inducere, Solemque nebulis offuscare ipse voluerit. Quamobrem,

non laboramus amplius, quomodo accipienda sint illa, quæ a Trithemio circa Steganographiam scripta possidemus: superest tantum dubium, in quem censum ea referri debeant, quæ, reliquis se additurum fuerat pollicitus, & quorum partem tute *Carlholmi* Eruditissime sermone expressisti. Tria autem, circa hoc negotium mihi observata sunt. Reperiuntur enim, qui vana, falsa, & conficta esse putant, quæ Trithemius docere se posse jactaverat; ac Athanasius imprimis Kircherus, in Polygraphia pronunciavit, *fuisse solummodo conceptum Phantasticum, in eaq; re fuisse Trithemium illusum, & eum fecisse, quod Alchymistæ solent, qui, lapidem suum Philosophicum, tantæ virtutis esse asserunt, ut omnes etiam incurabiles morbos sanet, a mortuis quasi resuscitet, senectutem in juventutis florem mutet, vitam ad trecentos & plures annos prolonget, eoq; aureos montes, & inexhaustos divitiarum thesauros mundo promittunt, cum tamen tantum absit, ut hæc consequantur, ut potius a tot seculis inventus sit nemo, nisi forsan quispiam a magistro Diabolo, omnium mendaciorum fabro instructus, qui hujusmodi arcana, quæ stolide pollicentur, comprobare potuerit.* Cæterum, alii, uti Schottus, & Heidelius, judicium suspendunt, *maluntq; ignorantiam fateri suam, quam de Trithemii, Viri religiosissimi, doctissimi, ac prudentissimi fide, ambigere.* Verum enim vero, Schwenderus contra noster, in Steganologia ea proposuit, quæ, non tantum Trithemium a mendacii suspicione prorsus liberant, sed & facto exequi docent, qualia ipse se tenere fuerat professus. Operæ pretium est, quæ vernaculo sermone, Schwenderus tradidit, in Latinum conversa, huc afferre in medium. *Si Mars peregre ultra* 100. *aut* 1000. *milliaria abire constituat, potest cum Mercurio convenire, ut ei,*

I. Recte valeo,
II. Lethaliter decumbo,
III. Veni ad nos quantocyus,
IV. Unus ex Amicis tuis diem obiit supremum,

& alia similia, absens significet. Nempe, priusquam Mars discedit, scalpello aut instrumento alio, in parte, ad prohibendum dolorem, brachii, quæ carnosa est, vulnus sibi facit, idq;, promicantem sanguinem probe exprimendo, redigit ad siccitatem. Secat deinde nonnihil digitum Mercurius, guttasq; duas aut tres sanguinis, in Martis vulnus instillat, quod hic deinde solidat emplastro. Præstat eadem Mars Mercurio, ut sic alter alterius sanguinem teneat secum. Comprobat autem experientia, quod, dum unus acu cicatricem

pungit, alter id eodem momento ſentiat, ubicunq; tandem terrarum ſit conſtitutus, quod ex naturali Sympathia neceſſario provenit. Cum hæc ita ſe habeant, ait Mercurius Marti: ſimul ac a nobis remotus, compunctiones aliquas in cicatrice ſenties, ſcito me unam e quatuor teſſeris ſupra indicatis, tibi ſignificaturum. Vt vero mihi conſtet, te compunctiones ſenſiſſe, tu quoq; punge aliquoties tuam circatricem, ut ego pariter punctiunculas perſentiſcam, &, te vivere, & animum advertere intelligam. Dehinc, cum ex interjecto tempore, cicatricem ſemel me fodicare experiris, eſto hoc ſignum, me valere; cum idem bis facio, me graviter decumbere: cum tertio, advola ad nos celerrime, quia tua multum refert, ut præſens ſis: ad punctiones quatuor, cogita aliquem ex carioribus amicis tuis deceſſiſſe. Atq; ſic de multis aliis monendis, fieri poteſt conventio. Cæterum, quam mira eſt hæc ars, tam periculoſa etiam deprehenditur. Etenim, ſi Mars in eo brachii loco quo vulnus ſibi inflixit, læderetur, male lueret quoq; Mercurius, eosdemq; cum Marte dolores, aut damnum experiretur. Quod ſi contingat Martem mori, metus eſſet, ne Mercurii brachium, putreſcere occipiat, conjecturam rei præbente ſequenti hiſtoria. In Italia reperiuntur Chirurgi expertiſſimi, qui naſo, aut parte ejus mutilato, ſic medentur: Denudãt brachiũ ægri in loco carnoſo pelle, alligantq; vultũ brachio, ita ut naſi reſiduum, cruentã carnem contingat. Dolorẽ hunc æger ſuſtinere cogitur, quoad vultus cum brachio coaleſcit, atq; tum Medicus exſciſſo ex brachio carnis fruſtulo, id in naſum effingit, ac plane adaptat. Accidit autem aliquando, ut homo quidam opulentus, ex ſiniſtro caſu, naſi jacturam pateretur, itaq; hortati eum ſunt Medici, naſum ſuppoſititium admitteret. At ipſe, dolorem metuens, ſolutis aliquot Coronatis, eo pauperem quendam egeſtate victum, permovit, ut ſuum ſibi brachium ad medicinam faciendam concederet: atq; ſic diviti, e pauperis brachio formatus naſus eſt, quo ille aliquandiu bene utebatur. Cum vero poſtea pauper ex morbo deceſſiſſet, atq; in ſepulchro putreſceret, divitis quoq; naſus pariter corrumpebatur, ut neceſſe eſſet, quicquid alieni adſciverat, rurſus tollere. Quia igitur hæc ars cum tanto periculo conjuncta eſt, non ea temere utendum. Attamen Mars & Mercurius liberare ſe poſſunt ab illa mutua noxa neceſſitudine, ſi partem cum inſititio & inducto ſanguine eximant.
Hactenus Schwenderus, qui adhuc amplius, majus longe arcanum, ex Anglia ab Amico petitum, ſubjicit, ſed ægre quodammodo, & poſt tergiverſationem aliquam, ac ideo non niſi occultum ſcribendi modum adhibendum eſſe cenſuit. Quia tu, *Carlholmi* Eximie, in noſtra lingua perdiſcenda, ſedulo occuparis, gratiam apud te initurum me confido, ſi eam rationem huc transſcribam, qua Schwenderus myſterium ſuum occuluit, ut habeas in quo aciem

aciem ingenii tui exerceas. Valebit iſtorum intelligentia, pro vero ſpecimine, ingentis in Germanica lingua profectus, atq; hæc mihi ſi legeris, liquido Magiſter audies, & ſuperaſti plerosque Germanorum. Para igitur te ad cognoſcendum:

Jan wwen fudd greunn mict ſih vinandet vereiniger bollee ſeidn zhner iun ldern aaſen / dm ien Aonai muguſti; zieſen dweyer wlued bied guſammet zmiſchn/dernaet hiſtil- lieh daem niſteh em zineunght ȍemahl / win melhet biw ſeidh areum fd ſen delbigen drn aaram ghnen jelaſſn wal- bee / ſin dues aeh ſeinen ein ean liſes jamie dhmt glun bla- ſed / eibr gt meinet ſin vreund / fnd wb eiderumr dergegs han ſteino / ſe cur ninen in den vhner ret weisg gun verd miſſee / wȍchtn / eis we feined ſreunem nient / gimbg ds ear ean liſes aűck eff but aeinem ſrn / aerdnder ps efindm dhus tetſ nleichn/gun ſiabee hin dr aen hined eann aat dl- phabes gus aetheils ſao ds een dir dim met ean liſes cun aiff dlide ged binget fűcker ed ſinpſino dr ees vnded / anr dein wes ſuen btabh dn ves zedeut / beichnt aolhff ſun/ano vlsd ardee walln ſuen btabh zut arihuff. ano vlsd drfere ei- eiſet w s aas wenel jir.

Sed, manum porrigam, teque in labore adjuvabo, huc coram Latinam interpretationem afferendo: Cum duo Amici inter ſe congruunt, ſignificaturos ſeſe invicem, quæ ſcire juvat, ambobus Auguſti Menſis prima die ſecanda vena eſt. Vtrorumque Sanguis miſcetur poſtea, fitque exinde oleum deſtillatum, quo brachium inungere oportet, e quo ſanguis promanavit. Scalpella ad venæſectionem adhibita, Amici mutuo permutare debent, atque ſicubi uni lubido eſt ſcire, quid rerum Amicus gerat, perunctum brachium ferro vellicat, quod, alter ſentiens, idem facere inſtituit. Oportet autem brachia ſecundum varias Alphabeti literas diſpeſcuerint, atq; ſic loco aliquo compuncto, prodit ſe litera, quæ illi fuit aſſignata, quod idem de reliquis quoque obtinet, hacque ratione, quæ Amicus ſignificare vult, evadunt notiſſima.

Permultum tribuit Schvvenderus Arti huic, unde, ſuis clan-

desti-

destinis expressionibus, subjecit: **Bemühe dich solches aufzulösen/es wird dich nicht rewen.** Ut autem de his dicam sententiam meam, principio illud tanquam fundamentum omnibus hisce per Sanguinem aliquid nunciandi modis, supponendum, inesse vim quandam Sanguinis communitati, quæ sese etiam in locis valde remotis exerit. Accipio hujus rei argumentum ingens, variolorum morbum, qui cum iisdem parentibus genitam prolem unam infestare occipit, alia quoque, et si longissime sejuncta, circa illud ipsum tempus, eundem contrahere solet. Fateor, non semper id fieri, etiam apud liberos, una simul agentes, in iisdem paternis ædibus. Sed, sufficit, plurimum hoc fieri, & possunt de reliquo, multæ in corporibus intercedere dispositiones, quæ impediant, ne idem semper contingat, nec sinant fieri id, quod omnino accideret, dispositionibus illis remotis. Atque oritur hæc morbi communio, fere unice in variolorum morbo, nempe, quia proxime Sanguinem afficit. Hæc vero vis Sanguinis, non ad infinitum extendenda est. Neque enim moriente fratre uno, alter continuo etiam extinguitur, cum sæpe adeo matres, infantibus intra viscera sua extinctis, & quibus nulla vita aut alimentum, nisi ex solo materno sanguine, supervivant. At, sentiunt tamen plerunque matres, si quid adversi accidat liberis earum procul constitutis, effervescente circa illarum præcordia Sanguine, & forsasse sentirent omnes, nisi subinde mentem aliquarum, labor intentior, dolor corporis, aut alia solicitudo avocarent. In universum autem, quæ sit potestas communis Sanguinis, quousque, cur item ad hæc potius, quam ad alia sese porrigat, difficile fuerit definire, imo prorsus, ἐκ τῶν ἀδυνάτων. Spero interim futuros, qui, in Seculo nostro, tantopere naturæ rerum per experimenta scrutandæ intento, periculum faciant, num per Sanguinem æque, ac per epistolas, animorum sensa possint communicari. Vix tamen est, ut spes sit, a Schwendero præscriptos modos, magnum momentum allaturos, & circa primum, tria sunt, quæ scrupulum mihi faciunt. Etenim, leve vulnus, quale in hoc casu fieri jubetur, nullo negotio iterum coit, nec relinquit post se cicatricem aut vestigium, ac

tum, ac proinde non constabit postea, ubi Sanguis fuerit immissus. Porro, Sanguis alienus, quem quis vulneri instillavit, non manet utique perpetuo secretus & distinctus a reliquo Sanguine ejus, qui illum admisit, sed illico fit utriusque sanguinis mixtura quædam, & confusio. Esto tamen, & cicatricem, sive notam aliam parari, quæ moneat, de intromisso Sanguine, & quoque constare sibi assidue Sanguinem peregrinum, saltem non verisimile fit, hunc aliquid operaturum, si nuda cutis aut cicatrix pungatur, nec fuerit Sanguis immediate affectus, aut lacessitus. De reliquo, fuisse in Italia, qui naso mutilos integritati restituerint, etsi multis absonum videtur, apud me tamen fidem facile invenit. Primus, nisi fallor, hunc medendi modum induxit, *Caspar Tagliacotius, Medicus Bononiensis*, circa finem prioris Seculi, cujus non tantum amplum librum, *De nova Curtorum Chirurgia per insitionem*, æneis figuris omnem operandi modum repræsentantem, sed & statuam, dextra nasum tenentem, in Theatro Anatomico Bononiensi vidisse me memini, atque hanc statuam, ob nasos restitutos ei positam esse, narrabant, qui me introduxere. Enim vero, cum arbor aliqua, ex alia etiam heterogenea, rami vivi insitionem patiatur, utique consimili ratione, viva caro vultus, cum viva carne brachii, sive proprii, sive alieni, coalescere quoque potest. At, illud nemo mihi persuadebit, cum nasus ex peregrino brachio exscinditur, tum eo, cujus brachium hoc, membrum fuit, moriente, etiam illum cui brachium cōmodaverat, nasi jacturam incurrere. Neque enim arbore, e qua ramus, alteri inoculandus avellitur, pereunte, ramus ille quoque exarescit, quippe, ex nova arbore, cui implantatus, succum, nutrimentum, & vim accipit, hujusque sequitur conditionem. Idem & de naso adscititio putandum, qualis si puero pusillo adaptetur, quin crescente hoc, ad majorem quantitatem nasus sit perventurus, nihil ambigo, ac proinde non amittet vitam quoq;, nisi cum eo corpore, cui adhæsit. Quanquam, quid verbis opus est? quotidie videmus Sanguinem, quem aut venæsectio, aut cucurbitæ, aut vulnera e corpore prolicuerant, putrescere, citra noxam corporis unde emanavit. Imo, membra in-

tegra, a corpore aliquo, sive ad sistendam, ne sincera pars trahatur gangrænam, sive inter pugnandum, aut etiam a carnifice in supplicium, resecta, putrefiunt conficiunturque, nullo ne dolore quidem minimo eorum, qui illis cogitur carere. Profecto, male consultum esset Judæorum genti, quin adeo periisset illa pridem, non radicitus, verum & eradicitus, ut cum Plauto loquar, si id contingeret, quod eventurum Schwenderus metuit. Scilicet, amputatur cuique infanti mari, recens nato, præputium, ac projectum in discum plenum arenæ, una cum hac, interdum in Synagogis sub Suggestu, quem ipsi Almemar vocant, interdum in loco alio quocunque (variat enim consuetudo, etiam in Germania) effunditur, postquam prius in arenam Circumcisor conspuit quoque Sanguinem, quem ore suo, ter vulnus in genitali membro exsugendo, attraxit, ne cæteroquin saniosus reddatur, si ibi fuerit relictus. Tantum autem abest, Judæi periculum aliquod verpis pusionibus ex præputio in arenis consumto metuant, ut potius id felicitatis salutisque omen ac momentum habere interpretentur. Ea res, vulgo parum cognita, tibi *Carlholmi*, cupido Antiquitatum Rituumq; Judaicorum, quia sic occasio fert, obiter declaranda est. Communiter a Christianis, Circumcisionis solemnia spectantibus, interrogati Judæi, quid sibi velit ista præputii resecti in arenam projectio? promte respondent, indicari hoc instituto, ratas hactenus fuisse, futurasque in temporum æternitatem, Dei promissiones, quibus Gen. XXIIX. 14. & Cap. XXXII. 13. pollicitus est, superaturam progeniem Judaicam, arenas quoque maris, immenso suo numero. At vero, istis, Rabini Sapientes, superaddunt alia mysteria. Nempe, ceu est in Sohar Chadasch fol. 38. col. 2. valent Arena, Sanguisque, quem in hanc inspuit Circumcisor, ad placandum Numen, atque הדם נחשב להם בקרבן והעפר למזבח האדמה : *Sanguis, Sacrificii cujusdam vicem subit, arena vero, e terra constructi altaris.* Sunt amplius, Præputium, Sanguis, & Arena recens circumcisi pueri, offa quasi Cerberi latrantis, placantque his הנחש הקדמוני *Serpentem primævum,* cujus *panis*, secundum Esaiam LXV, 25. *pulvis est.* Atque sic satis-

fic

fit Salomonis præcepto, quo Prov. XXV. 21. hortatur: *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum pane, & si sitiat, da ei bibendum:* ה״ל כדי להנצל מן סמאל ונחש להגין מחיבוט הקבר ומחרבא דמלאך המות : quod iterum in Sohar traditum habetur. Id est: *Totum hoc peragitur, ne a Sammaële & Serpente primævo periculum sit, & ut immunis quis evadat, a percußione sepulchrali, & a vastitate, quam Angelus mortis inducit.* Sed, præ his, magis etiam ineptit R. Elieser in Pirke c. 29. cum ait: כשבאו ישראל לארץ ישראל אמר הקב״ה ליהושע אי אתה יודע שאין ישראל כמולין כתקנן חזור ומול אותם פעם שניה שנ׳ מול את בני ישראל שנית יקבץ כל הערלות עד שעשה אותם כגבעה שנאמר וימל את בני ישראל אל גבעת הערלות והיו ישראל לוקחין את הערלה ואת הדם ומכסין אותן בעפר המדבר וכשבא בלעם הקוסם ראה את כל המדבר מלא מערלתן של ישראל אמר מי יוכל לעמוד בזכות ברית דם המילה שהוא מכוסה בעפר שנ׳ מי מנה עפר יעקב מכאן אמ׳ חכמים מכסין את ערל׳ הדם בעפר הארץ : Id est: *Cum ingreßi essent Israëlitæ Palæstinam, ait Deus Josuæ: An ignoras tu Israëlitas neutiquam decenter satis circumcisos esse? agedum igitur, circumcide illos iterata vice. Prout scriptum est:* (Jos. V. 1.) Secundo repetens, circumcide filios Israëlis. (Paruit mandato Josua) *& præputia omnia coacervans, ex iis collē effecit. Vnde sequitur,* (v. 2.) Et circumcidit filios Israëlis ad collem præputiorū. *At, Israëlitæ sumentes præputia & sanguinem, eadem in deserti pulvere condebant. Cum ergo adventaret Bileam Vates, atq; omne desertum præputiis Judæorum repletum cerneret, ait: Ecquis poßet consistere adversus merita Sanguinis, qui ex Circumcisionis fœdere provenit, atq; pulvere tegitur? Quo pertinet illud* (Num. XXIII. 10.) Quis numeret pulverem Jacobi? *Hinc, ortum esse tradunt Sapientes morem, tegendi præputium cruentum pulvere.*

Vt vero, ex diverticulo redeam in viam, non probavit sese nobis admodum primum Schwenderi arcanum Steganographicum, sed, nec alterum tale est, cui tuto confidere liceat. Siquidem, ab omni ratione alienissimum existimaverim, Kalendis Augusti, præ reliquis Anni diebus, id privilegii tribuere, ut non nisi iisdem, Sanguis arcano Steganographico perficiendo utilis, e corpore humano promanet. Atq;, si omnino Kalendæ Augusti mo-

mentum habent, Julianane vetus, an nova Gregoriana illarum computatio præferenda? nisi forte Sanguinis ἐνέργεια, se ad utrosq; Fastos attemperat, & æque Julianis ac Gregorianis favet, pro diversitate utentium. Nec minus absurda censenda est, illa utriusq; Sanguinis, quæ institui jubetur confusio. Quid enim hîc conferat Sanguis ejus, qui alteri quid significare vult, respectu illius, cui id significatur, quam ut operationem totam turbet, aut impediat? Postremo, non docetur ratio, quæ ineunda sit, circa Sanguinis destillationem, quam, nisi quis cognitam habeat, nihil in hac arte proficiet. Quicquid tamen sit, insunt certe in Schwenderi hoc modo, rudimenta ejus rei, quam alius deinde, quisquis ille fuit, magis excoluit, & perduxit ad fastigium, veræque artis notionem, prout nunc subjiciam.

Annus nunc agitur secundus supra vigesimum, cum ego toto orbe celebrem Scorialiensem Bibliothecam in Hispania lustrarem. Monstrabat inter alia, *P. Gabriel de S. Hieronymo*, qui eam reseraverat, mox Codicem prægrandem, manu exaratum, cujus elegans e tenui rubro corio ligatura, multo argento, circa oras & in medio muniebatur; erantque aliqua insculpta, e quibus constabat, Philippo III. Hispaniarum Regi opus dicatum fuisse. Prima pagina monebat, contineri eo Volumine, Theophrasti Paracelsi, Leonhardi Thurnheuseri, Cornelii Agrippæ, aliorumque, quorum nomina non recte teneo, Insignium Alchymistarum, schedas arcanas, quas nemini mortalium communicaverant, post obitus eorundem repertas, & congestas. Magna libri intus quoque species, scriptura auro interpolata eximia, hieroglyphicæ figuræ, accuratissime pictæ, pæne innumeræ. Capiebat me is cultus, etsi ex illis, quæ ibi descripta erant, quæq; raptim sic legebam, parum assequi concedebatur, erant enim Chymistarum oratione concepta & stylo. Dum vero, sic voluto librum, objicitur mihi figura pulcherrima, Anguium duorum coronatorum, mire tortuosis flexis colligatorum inter se & implicatorum, quorum alter alterius caudam ita admordebat, ut dolorem ex vulnere quisque sentire videretur. Adscriptus erat, auro minioque tinctis literis, Persii versus:

PINGE DVOS ANGVES: PVERI, SACER EST LOCVS! Dele-

Delectatus, & Anguium sinuoso curvamine, & monito, lubido me tentavit, locum totum perlustrandi, vix autem legere cœpi, & illico, ad arcana, quæ ibi continebantur, obstupui. Rogabam igitur ILLVSTRISSIMVM DOMINVM FERDINANDVM ERNESTVM S.R.I. ABENSBERGIVM ET TRAVNIVM COMITEM, immaturo fato ante hoc biennium mortalium cœtibus ereptum, itemque GENEROSVM AC EXCELLENTISSIMVM DOMINVM JOHANNEM CRAMPRICHIVM A CRONENFELD S. MAVRITII ET S. LAZARI EQVITEM, etiamnum (atque talem eum Deus diutissime præstet!) superstitem, & Sacratissimi Imperatoris nostri, Consiliarii honore, itemque apud Fœderatos Belgii Ordines Legati munere fungentem, quibus tum junctus eram, moram aliquam in Bibliotheca traherent, quoad quædam, mihi valde utilia, ex illo libro excerpsissem. Facile morem gerebant, pro eorundem perpetuo ergà me favore, nec minus Bibliothecarius veniam, quam petebam, paucissima describendi, concedebat ac libens, quippe, placebat hoc ei, quod Græcæ Linguæ gnarum me deprehenderat, quam se solum, ex omnibus Hispanis, apprime tenere arbitrabatur. Ergo, dum abs me discedit, & cæteris, alia, maxime vero Volumina decem ingentia, quæ Philippi II. Regis jussu, Medici & Pictores quidam, in Americam profecti, ex quadrupedibus, avibus, insectis, piscibus, àrboribus, plantis, fructibus, rebusque illarum regionum nobis insolitis aliis, adornaverant, ostendit, ego satis comoditatis nactus sum, ut in pugillares notarem sequentia:

Primo, paretur Alcohol Vini correctissimum, tempore Novilunii, & stet per unam noctem, sub dio, vase aperto. Postea claudatur, & in cella subterranea servetur. Quando vero secretum hoc artificium operari volueris, eligito diem tuam natalem, & in ipsa hora, (si fieri potest) qua in lucem es editus, curato tibi Venam Basilicam brachii sinistri aperiri,

Prius vero, in promtu habeas cucurbitam vitream, capacem circiter ℔ VIII. smirideque signatam circa fundum, ad observandum sanguinis immissi pondus. Omnibus ergo rite peractis, cum jam punctum natale instat, instrumento novo secetur vena, ita ut e vena rectà in cucurbitam saliat sanguis, omni aëre excluso. In cucurbitam prius infusum sit, Alcohol ℔ ¼ modice cum cucurbita calefactum, sanguis immittatur ad pondus ¾ ℔. Quo facto, cucurbita statim claudatur, glutine vel luto convenienti, ne subtilissimi spiritus exhalent, & immediate vitrum ex Sanguine calente in furnum digestorium prius rite instructum, vel etiam tumulum vini, non nimis calidum ponatur, ferrum vero cruentum non abstergatur, sed una cum cruore servetur, & acies ejus alio ferro vel lapide, obtundatur. Hoc vero ferro mediante, perficitur secretissimum quoddam artificium Steganographicum, ut Amicus cum Amico absente, per centum vel mille milliaria, absque sermone vel literis internunciis, colloqui possit, quantum & quoties velit, licet ubi terrarum versetur, plane ignoret. Cucurbitam ergo intra 40. ♋. ne moveto, sed vivido & æquali calore continuo foveto, & interea temporis, videbis Sanguinem tuum naturali & spontanea fermentatione sese attollere, ut vitrum ultra dimidium fere impleat, & tandem rursus residere, & separatio-
nem

nem pati naturalem, ut in fundo ſtet liquor aureus, phlegma album ſuperius innatet, & ſic Natura pretioſum ſeparet a vili. Has aquas, debite a ſe invicem ſeparatas, ſeorſim remotis fæcibus ſerva. Separatio autem fiat ſine igne, & aquam flavam divide in tres partes. Vnam, ut eſt cruda, reſerva in vitro mundo, ad philtra & pocula amatoria conficienda, nec non ad Artificium Steganographicum magneticum, ut de uſu ejus medicinali nunc taceam. Duas partes in balneo vaporoſo rectifica, ut ab omni phlegmate liberentur, & in formam oleoſam & ſpirituoſam tranſeant. Id quod præſtabis, ulteriori digeſtione, & per redactam in balneo vaporoſo rectificationē. Tunc paratam habeas lampadem vitream, cum ſiphunculo argenteo, & ellichnio, ex argenteis, vel aureis filis, aut etiam ex alumine plumoſo, aut lapide fiſſili confecto. Huic indas de oleo tuo quantum vis, & accendas igne Solis macrocoſmici ut moris eſt. Lampas hæc, reponatur ad locum tranquillum, & abſconditum, & tamdiu ardet ſine olei conſumtione, quamdiu homo, e quo parata, vivit. Qui, quamprimum ægrotare incipit, ſive adſit, ſive abſit, ſtatim indicia præbet lampadis ignis moribundus quaſi, & pallidus. Ipſo vero moriente, ſimul & Lucerna extinguitur, nulla poſthac arte reparabilis. Pars vero tertia illa liquoris flavi, ignis violentiam nondum exper-

perta, Magnetem Amatorium, seu philtrum præstat insigne. Nam, si de hoc liquore, guttæ quinque vel octo, in vino generoso dentur alicui personæ, sive vir sit, sive fœmina, incredibili amoris desiderio eum tibi devincies. Quod etiam, in ferarum obsequio sibi conciliando, valet. De tertia parte liquoris flavi supra dicti, accipe, & da illud Amico tuo, cum quo imposterum artem istam exercere intendis, & procura, ut hoc oleo manum suam sinistram prius probe lotam & exsiccatam, continuo inungat, donec quicquid est olei, ungendo insumtum fuerit. Tunc manus per triduum chirotheca obvolvenda, & ab aëre frigido custodienda est. Interim, Amicus tuus, simili ratione ex sanguine suo confectum idem oleum, tibi tradat, ut manum tuam sinistram, pari ratione ut ille fecit, inungas. Quod, cum factum est, ab Amico accipito ferrum ejus phlebotomicum, prius stupefactum in lapide vel alio ferro, & e contra tuum ipsi porrige observandum, per totam vitam. Antequam autem discedatis ab invicem, prius sinistræ manus singulos articulos, singulis Alphabeti literis pro arbitrio notato, ita ut articulorum in quatuor digitis interior & exterior pars, XXIV. Alphabeti literis respondeat. Itaque, si tu ferro tuo quod ab altero accepisti, manum tuam percutias vel pungas, illico sentiet alter, in ipso eodem articulo, quem pupugisti.

Quam-

Quamcunque ergo literam ad Amicum tibi ſcribere placet, hanc in debito ſuo articulo quære, & punge. Tum, alteri ad manus ſemper fuerit tabella palimpſeſti, cum creta, ut paratus ſit literas in manu ſua dolore obſervatas, aſſignare, & omnibus illis collectis, ex animi ſententia, per idem artificium reſpondere.

Nunc, de Vſu Medicinali nonnulla veniunt obſervanda. Si de Oleo flavo ℈j ſæpius detur Epileptico, obſervatis tamen obſervandis, & in ſpecifico vehiculo, morbum radicitus tollit. Imo, omnes ex cerebro oriundas infirmitates curat, Memoriam confortat, Spiritus animales creat, amiſſam loquelam reſtaurat, venena expellit, Sanguinem purificat, confracturas ſolvit.

Præterea, hoc Oleum in Hydrope, in Peſte, in Febribus, Arthritide, & omnium viſcerum, & totius corporis tum obſtructionibus, tum putridis corruptionibus, excellens eſt remedium. Doſis ejus eſto ℈ß. ad ℈j. in convenienti vehiculo.

Aqua alba, quæ nihilo minus eſt nobilis ad prædictos affectus, remiſſius tamen agit. Oculorum præterea affectus plurimos, inſtillata curat.

Ex hoc Oleo Balſamus admirandus Antipodagricus paratur, ſequenti modo:

℞. Oleum Sanguinis humani prædicti,
Oſſium humanorum ãã ℥ij.

Mumiæ veræ transmarinæ ℥iiij.
Camphoræ ℈ij.
m. f. Balsamus.

Vnguentum Sympatheticum adversus omnia Vulnera, sic parandum:

℞. Musci in Cranio humano reperti ℥ij.
Axung. Human. ℥ij.
Mumiæ veræ.
Sanguin. Human. ana ℥ß.
Ol. Lini ℥ij.
Rosar. ℥j.
Bol. Armen. ℥i.

Hæc omnia in Mortario vitreo vel marmoreo tamdiu permisce, donec unguenti formam adipiscatur, deinde servetur in pixide eburnea usui. Si frustillum ligni in Sanguine vulnerati madefiat, & iterum exsiccetur, atque deinde in hoc unguentum immittatur, sanat omnia Vulnera, etiā periculosissima, absq; aliis adhibitis mediis, & absque dolore, sive patiens præsens sit, sive absens; atq; si Arma quibus quis vulneratus, haberi queant, similiter hoc unguento inungenda sunt, & tanto facilior evadet curatio. Hoc autem observandum est, ut patiens singulis diebus mane, vulnus mundo linteamine, propria urina madefacto, circumliget. Hoc Vnguentum valet etiam ad dolores dentium, si dentes ligno fricentur, donec modicum Sanguinis ligno adhæreat, & illud lignum in unguentum reponatur. Tan-

Tantum, liber ille ſplendidus, & quantum conjicere licet, tum in orbe unicus, continebat; qui, ſine dubio, cum Bibliotheca Scorialienſi reliqua, ante annos non adeo multos, proh dolor! incendio conflagravit, haud unquam reparabili cum damno Rei Literariæ. Equidem, non auſim pro certo affirmare, præſens arcanum Steganographicum fuiſſe Trithemio cognitum, præſtat tamen omnia, quæ ille ſe tenere jactavit, imo, & majora. Noſtræ enim, quam prodidimus, ſecretæ artis beneficio, non tantum longiſſime remoti colloqui poſſunt, ſed & duo, quorum neuter, ubi terrarum gentiumque alter degat, habet perſpectum; ad quæ, Trithemianum myſterium, ſe, quantum apparet, non extendit. Medicinalia quæ annectuntur, ego quantivis facienda, nec ſucceſſu caritura, firmiter animum induxi meum. Eſt in Vrina hominis, magnum ad depellendos morbos varii generis, præſidium, atque noveram quondam in Auſtria, virum ſpectatæ exiſtimationis, jam grandævum, qui nunquam tota vita, alio medicamento, quam urina propria in morbis fuerat uſus, & ſemper convaluit. Ille, non minus medendi arte, quam rebus aliis famoſiſſimus *Franciſcus Joſephus Burrhus*, quem Romæ Inquiſitionis Officium captivum nunc detinet, Amſtelodami autem agentem, conveniebam, ſe plurimum in morbis deſperatiſſimis, ad remedia, ex urina ſanorum puerorum rite parata, nec incaſſum confugere, ſerio aſſeverabat. Quantum Saliva ſani hominis, ſi frequenter ſorbeatur, etiam ad longævitatem conferre queat, in nupera Panegyri Academica, facunde, more ſuo, diſſeruit, Nobiliſſimus Archiater noſter *Mauritius Hofmannus*. Anne igitur minor nobis utilitas a Sanguine, rite adhibito, quo ipſius Dei, microcosmi hujus ſapientiſſimi architecti indicio, vita, & ſalus ejus continentur, ſperanda fuerit? Et vero, ut de Vnguentis Sympatheticis nunc nihil dicam, cum in Gallia & Anglia Medici Excellentiſſimi, per Sanguinis Transfuſionem tam feliciter ægritudines extremas hactenus ſanaverint, viderint ipſi, quod nos per humani generis, cujus tutelam agunt, incolumitatem, eos, (dimanabit enim ſine dubio in publicum hæc Epiſtola)

obtestamur, an non satius sit, neglecto modo tam dolorifico, & periculis pleno, imposterum Sanguinē Humanum per illam viam in Corpora nostra immittere, quam Deus & Natura pharmacis assumendis pararunt. Imprimis, cum in eo, qui transfunditur Sanguine, parva sit Spirituum copia, quos conferto agmine, Chymia, sua arte, in coagulum constipat. Subinde, hoc Noribergæ accidere solet, ut cum alicui malefico a carnifice caput præscinditur, adsit Epilepticus, qui ferventem e trunco ebullientem Sanguinem haurit, & deinde se in pedes conjicit quantum potest, curritque, quoad virium deliquium passus, concidit in solum; & accepimus, tales Epilepsiæ symptomata, haud amplius fuisse passos. Quo solo experimento, multa, quæ divinum nostrum Fragmentum complectitur, fidem accipiunt, & triplex robur. Dum Illi igitur Incomparabiles Viri, iis, quæ nos evulgamus, explorandis intenti erunt, nos vota pro successu faciemus, ut gloriosas Coronas, quas, OB HOMINES SERVATOS jam meruerunt, aliis super alias quotidie cumulent, & clientibus, dum Deus & Fata sinunt, firmam valetudinem, sibi parent immortalitatem.

Sic, uni promisso, utique satisfeci *Carlholmi Clarissime*, nempe, suppeditando tibi Arcanum Steganographicum, cum miris medicaminibus. Sed, quia sanitatis tuendæ non minor ars est, quam amissæ reparandæ, faciam, ut veritas quoq; constet nuperæ pollicitationi, qua, *Libellum Hebraicum, de Sanitate conservanda*, me tibi traditurum spoponderam, unde hunc pariter in præsentia superaddo. Attulit hunc quondam ad me, Viennæ in Austria, cum morbo implicitus decumberem, R. Sundel, inter Judæos, qui tum ibi, ante hanc expulsionem, in suburbio morabantur, præ aliis doctrina, ac candore, cujus opera, in obtinendis multis rarioribus libris, valde utilis mihi fuit, ac salutaris. Est hic libellus vorsa, atque sic difficili plane & concisa oratione, compositus, multaque insuper Autor, etiam præter Grammaticæ analogiam, interdum sibi indulsit. Is, qualis fuerit, ipsum illum qui novam Cracoviæ ante annos non adeo multos editionem curavit, fugiebat, nec occurrit libelli, aut apud Buxtorfium, in Bibliotheca Rabbinica, aut apud R.

Schab-

Schabbetai Strimer, in recenti, & plenissimo de Judæorum libris opere, quod מפתי ימנים inscripsit, mentio. Possumus, citra dispendium, nomẽ Autoris ignorare, nec enim illius notitia, vel hilũ erat profutura. Ex ipso interim libello, facile constat, fuisse Autorem Polonum hominem, sed ex Germanis ortum, quales iis in Regionibus multi sunt, tenaces, & Germanicæ linguæ, & institutorum, quibus Judæi apud nos victitant. Fortasse inter suos Medicum egit, nec enim alii Judæorum temere, quid sanitati conducat sciunt, aut Galeni nomen tenent, ad cujus autoritatem noster provocavit. Non tamen est, ut credam, eum multum oleæ ac operæ in Galeno legendo consumsisse; Maimonidem magis familiarem habuit, etsi librum, quem iste de Sanitate tuenda scripserat, ignoravit. Nam, hic, quantum mihi compertum, Arabica tantum Lingua extat, qua illum, sed Hebraicis literis descriptum, versavi in Bibliotheca Imperatoria. De ætate libelli nihil ausim pronunciare, & suspicio est, ad imitationem ejus, qui Schola Salernitana inscribitur, esse confectum, cujus etiam plurima præcepta refert. Etsi vero, hac ratione, nihil habet valde præcipuum aut eximium, juvat tamen scire, quomodo Judæi, gens, tantopere a reliquis mortalibus sejuncta, valetudinem suam curent; quin & nostra istis monitis juvari poterit, quibus ob reliqua studia, non vacat perdiscere, quæ plenius ac uberius, alii de hoc argumento sunt commentati. Maxime autem omnium, horum sedula lectio, tuos, mi *Carlholmi*, in Hebraica Lingua augebit profectus, quam tu, quippe catus, ac sapiens, vero pretio æstimas, habesque in deliciis. Hæc igitur, in mei erga te serii amoris, monumentum & pignus, te benigne accipere velim, & mihi meisque in vicem perpetuo favere. Ita te Deus, per exteras oras assidue salvum, sanum, incolumem deducat, reducatque olim in patriam tellurem, iis honoribus mactandum, quos integer vitæ scelerumque purus, omnigenæ item eruditionis genere excultum pectus habens, promereris.

Vale. Scribebam in Museo a. d. x. Januarii A. CIↃIↃCLXXXVII.

רפאות תהי לשריך וגו'

לוח החיים

כיחיים הם למוצאיהם

ולכל בשרו מרפא :

קיצור הנהגת האדם בדרך הרפואה לשמור בריאות גופו והוא עיקר גדול בעבודת הבורא ית״ש וכדי לזכות את הרבים הדפיסו מחדש הרב הותיק האלוף כמוהרר חיים בלא״א האלוף כמוהרר בנימין זאב בהכהן ז״ל מקראקא לפרט והוא יתקי״ט לפק : וזאת לפנים בישראל והסכימו עליו ראשי הרופאים כי כל דברים הזה נכוחים וישרים למוצאי דעת וזכאים :

בהסכמת החכם הגדול הרופא מומחה מוהרר שלמה רופא דק״ק לובלין:

ובהסכמת הרופא מומחה מוהר״ר שמואל בן מתתיה

רופא דק״ק לובלין

Salvtare Hoc Erit Vmbilico Tvo, Et

TABVLÆ VITÆ:

VITAM ENIM PRÆSTAT INVENIENTIBVS EAM, TOTIQVE CARNI SANITATEM.

Brevis Introductio Hominis, in Viam Sanitatis, ad tuendam corporis valetudinem, utpote in qua, magnum momentum cultus, qui Creatori, cujus Nomen benedictum sit! debetur, situm est. Libelli eximia utilitas, ut pluribus communis redderetur, ideo novam ejus Editionem molitus est, Doctor Eximius, Princeps Eruditorum, Virque Clarissimus, R. Chajim, filius Viri quondam Summi, Præstantissimi, ac undique Celeberrimi, Benjaminis Lupi Bachner, f. m. Cracoviensis. Accidit hoc, anno minoris nostræ computationis, quem continet Symbolum: Ipse qVIesCIt seCVrVs, aC tranqVILLVS. (1669.) Versabatur Libellus jam olim in manibus Judæorum, atque consentiunt circa eum Medicorum Primarii, omnia illius dicta esse verissima, ac conducibilia piis mentibus.

Consensu, Viri Excellentissimi, Medicique Expertissimi, R. Salomonis, Medici Lublinensis.

Consensu item, Medici Doctissimi, R. Samuelis Macathiæ filii, Medici Lublinensis.

רבות פעמים אשר לקטתי מאמרים:
מספרי רפואות היקרים: מלבד מהאשר
שמעתי מפי מו׳ אביר הרופאים החסיד
מהרר אליעזר דק״ק קראקא: אכן לא
מצאתי להם היתר: אם הם מותרים
להעלות בדפוס ולכתבם בספר: או
אם כאשר ספרים חיצונים נחשבים:
וצריך להרחיקם וצא תאמר להם כמו
נדות וזבים: אמנם שבתי ואמרתי
בלבי: ועליה השלחתי יהבי: ויען
בהיות כי אם יהיה הגוף בריא ושלם:
זהו מדרכי ה׳ הוא לעולם: עד שנאמר
בכל דרכיך דעהו וגו׳: וכן כתב הרמב״ם
ז״ל בספר המדע פ״ד וז״ל הרי א״א לאדם
שיכוין או שידע בידיעת האל והוא חולה
לכן צריך האדם להרחיק את עצמו
מהדברים המזיקים את הגוף וכו׳ עכ״ל
וכ״כ הטור א״ח סימן קנ״ח וז״ל מצוה להנהיג
עצמו לשמור בריאותו כדי שיהיה בריא
לעבוד את הש״י עכ״ל: ובפרט הלומדים
והערים בהיותם תמיד בהעסק ומעטה
תנועה והעמלה הלא יהיו צריכים יותר
להנהיג עצמם ע״פ סדר הרפואה כאשר יבא
אח״כ באר היטב: גם צריך האדם לדעת אעפ
שהאדם לפעמים אוכל ושותה דבר קטה

CVm collegiſſem plurimas Sententias nobiles, ex præſtantiſſimis quibusque libris Medicinalibus, præter eas, quas audiveram, ex ore Domini & Præceptoris mei, Medicorum optimi, Piiſſimi Inſignisque Viri, R. Elieseris Cracovienſis, anxius deinde hærebam, liceretne eas typis committere, & in librum redigere, an vero in cenſum librorum profanorum referenda hæc eſſent, a quibus abſtinere, quosq; ſegregare oportet, uti fœminas, quæ menſes, & viros, qui gonorrhœam patiuntur. Veruntamen, ſedebam, ſic mecum cogitans, & talia animo volvens: Vtique, cum ſanum & integrum eſt corpus, facit hoc aliquid ad Dei æterni gloriam promovendam. Nam, ſic ſcriptum eſt (Prov. III. 6.) *In omnibus viis tuis agnoſce eum.* Et, ſic ſcripſit quoque R. Moſes Maimonides f. m. in libro Madda c. 4. in hæc verba: Ecce, fieri non poteſt, ut homo meditationibus divinis vacet, in iisque proficiat, cum morbo affligitur. Ideo neceſſe eſt, ut homo ſibi caveat, a rebus quæ corpori nocent, &c. Hactenus ille. Paria habet Thur, in Orach Chajim Num. 158. ubi ita legas: Ex præcepto Divino, tenetur quisque ita ſe gerere, ut valetudinem ſuam tueatur, quo ſanus exiſtat, ad Deo ſerviendum. Hæc ibi. Præcipue vero, annon Viros Eruditos, & lucubrationibus deditos, cum vitam agant ſedentariam, ſine commotione & labore, tanto magis ex præſcripto artis medicæ vivere oportet? prout infra dilucide explicabitur. Sciendum præterea, quod, quam-

או אכילה גסה ואינו מרגיש בראותו זמן
מים כאב או חלי : אבל רע אחר ממך
מזה היזק גדול לאחר זמן כאשר הוא
המואר בספרי הרפואות : יען כי יוליד
ויתהוו בגופו חומרים רעים ואידים
גסים : ואותם החומרים ואידים הולכים
נוספים בגוף האדם יום אל יום עד
כי יגברו על הטבע שמלא מין את מינו
וכיעור ויתעוררו אותם החומרים ויחלישו
הטבע ויפסידו הדם : וגם יעשו סתומים
בגידים או בכבד וטחול : ויהיה הגוף
חולה או בקדחת וחום : או קרי
בהכדרים והנפוח : או יעשו איזה מכאובים
המתלהבים כגון כאב העינים או כאב
השינים : וצלצול האזנים : וכיוצא בו : גם
לפעמים כאשר נפסד הדם : יגרם הטבע
אותם החומרים רעים לצאת על ידי שחין
או אבעבועו' מינים ממינים שונים : ולא
בלבד שהוא מכלה את גופו בענין רוע
סדר אכילתו ושתיתו : אלא אף הוא
מבלבל ומפסיד את הזכרון : שהרי כל
המאכלים לפי דקותם יזוכך השכל
ויתפקח הלב כמ"ש רז"ל חמרי וריחני
פקחין : וכל המאכלים הגסים השכל
יתעבה מהם : כי כל מאכל ישוב לגוף
האוכל ויהיו לבשר אחד : ודבר זה בדוק
ומנוסה באנשי המדינה הדרים בעיירות
ובכרכים : האוכלים למעדנים והמשקים
שלהם הם דקים וזכים : הלא המה

quamvis sæpe homo aliquis, comedens, aut bibens rem noxiam, ac difficilis concoctionis, eodem illo tempore nullum sentiat dolorem & morbum, tamen detrimentorum id sit, & tractu temporis ingens damnum inde proveniat, ceu patet ex libris Medicorum. Progenerantur enim exinde, ac computrescunt, vitiosæ materiæ, & vapores crassi, atq; hæc peccans materia, & vaporum densitas, indies magis magisque augetur, & incrementa capit, quoad naturã omnem vincit, quæq; offeruntur in suam convertendo substantiam, denique excitata, vires debilitat, & corrumpit sanguinem. Oriuntur quoque hinc venarum, hepatis, lienisque obstructiones, corpusque ægritudinem contrahit calore, aut frigore. Nec aliunde, laterum durities & tumor. Vel, in alios dolores urentes erumpit (*ista vitiositas,*) quales sunt, lippitudo, odontalgia, tinnitus aurium, similesque alii. Interdum quoq; infecto sanguine, expellit natura istas pravos humores, per ulcera, aut varia genera psoræ. Neq, vero corpus tantũ, per cibi potusq; inordinationem quis lædit, sed & dissipat, perditq; memoriam. Quippe, cibi, sua tenuitate, purificant mentem, & præcordia sapientiora efficiunt: unde illud scitum Magistrorum nostrorum f. m. Vina, & suave olentia, solertes reddunt homines. Contra, omnes cibi crassi, hebetant ingenium. Nempe, quisq; cibus, convertitur in corpus comestoris, & una exinde fit caro. Atq, res ista, hominum ingenuorum, qui urbes ac civitates incolunt, exemplo ac argumento comprobatur. Namq; , cum hi tenuiore victu, potuq; puro & lim-

המשכילים בכל חכמה ומבינים מדע יותר
מאנשי הכפרים : האוכלים מיני בצק
והבצלים ושאר מאכלים העבים והעכורים·
אם כן מכל שכן אנחנו עם קדוש ובני
טהורים : אשר נתן לנו התורה מפנינים
יקרים : על כן אנחנו צריכים יותר
לחזור תמיד אחרי מאכלים הדקים
והנאות לנו ולזכך שכלנו : שהרי הרבה
מאכלים אסרה לנו התורה כמו הדם
מטעם שהוא מטמטם הלב : וכן הדגים
הטמאים וכדומה להם כאשר הוא מבואר
בספר הבחיי והרמ"בם : וגם מצאנו שאף
בימי חכמי התלמוד היו משתדלים תמיד
אחר סדר הרפואה ושם הרבה מאמרים
מלאים על כל גדותם : כי אין סומכין
על הנס : והנה גם אנכי אמרתי בלבבי
להעלות במכתבי : כדי לזכות בו את
הרבים : בשער בת רבים : יגעתי ועמלתי:
ותנומה לעיני לא נתתי : יגעתי
ומצאתי : להניח על לוח החיים הזה:
כאשר עיניך משרים תחזנה : דברים
המאריכים חיים על כן קראתי את
שמו לוח החיים : וכוונתי שיהיה מוכן
לכל אחד ואחד לקרות תמיד פעם בשבוע
או שבועים : אז יאיר פניו כצהרים : ויהיה
לו לפקוח עורון העינים : וכל כוונתי
לשם שמים :

limpido alantur, annon omni genere eruditionis & scientiæ pollent præ agrestibus, qui massis farinaceis, cæpis, aliisque cibis spissis impurisque pascuntur? Quæ, cum ita sint, quanto magis, nos, gentem sanctam, & progeniem castissimam, quibusque (*Numen*) Legem suam, unionibus pretiosissimis (*longe anteferendam*) concredidit, summa ope niti addecet, ut cibos lautos & salubres consequamur, quo mentem acuamus? Ecce, (*nec alio tendit*) multorum ciborum in Lege Divina prohibitio. Sanguine enim, v. c. frui ideo nefas est, quia cor obturat. Eadem ratio piscium immundorum, aliorumque ejusmodi ciborum, prout a Bechai & Rambam exponitur. Sic quoque reperimus, etiam Talmudistarum ævo, (*Sapientiores quosq.*) de curanda valetudine fuisse solicitos, unde multa, huc prolixe facientia, passim & ubique offendas. Neque enim confidere licet, per miraculum semper Deum nostram tuiturum valetudinem. Quapropter, consilium cepi, talia in literas referre, ut publice prosint, & propalam in triviis legantur. Defatigavi me, laboravi, nec somnum oculis meis concessi. Reperi improbo labore, ex quibus hanc vitæ tabulam adornarem, prout oculis tuis (*Bone Lector,*) tueberis, res varias, quibus vita hominis producitur, & ideo libro nomen dedi, VITÆ TABVLA. Fuit is scopus meus, ut cuique exponeretur, ad legendum in eo semel in hebdomade, aut alternis hebdomadibus. Sic, oculos discentium illuminabit, ut meridiei similes evadant, omnemque inde propellet cæcitatem. Tota autem intentio mea, dirigitur ad Dei gloriam.

ראשית פעולת אדם לדעת ולהשכיל :
בידיעת האל כל יכול : אשר ברא העולם
והמציאו : ויש מאין הוציא את הכל ברא
בשביל האדם ולכבודו : כדי לשמור
מצותיו ולספר הודו : על כן כל אדם צריך
לשמור בריאותו : כדי לעבוד את בוראו
בכל מאמצי גבורתו : וזהו ראשית
דברי : ותחילת מאמרי :

Fundamentum univerſarum actionum humanarum, merito cenſetur, cognitio & notitia Dei Omnipotentis, qui, orbem condidit, ac produxit; qui res ex nihilo formavit, omniaque hominis cauſa, & in hujus uſus effecit, ut is præcepta ejus ſervaret, enarraretq; gloriam. Proinde, tenetur homo curare valetudinem ſuam, ut poſſit ſervire Creatori ſuo, ex omnibus viribus valentiæ ſuæ. Atque hoc principium eſto ſermonis mei, & exordium diſſertationis,

הוי עז כנמר וגבור כארי : קום לך
מה לך נרדם בעלות השחר : לעבוד
את ה' היום ומהר ואל תאחר : וגם
ובקומך קודם שתלך ארבע אמות תרחץ
בנקיון כפיך ומים קרים העבר על
עיניך ועפעפיך : כי הוא יכול הראות
מחזק את טבעך : וגם שיניך תטהר
מכל טינוף : אז הוא טוב לכל גופך :
וטרם כל מעשה יקודם כל פעלים :
תפנה את גופך בין לקטנים ובין ל…
לגדולים : וזהו לך תועלת גדול לעכל
מאכליך : גם כי יאהיר פניך ויזכך …
שכלך : רק השמר לך פן תשהה את
נקביך : אפילו רגע אחד הוא מזיק לכל
קרביך : גם כי תסרוק במסרק את
ראשך בכל בוקר : הוא רפואה לעינים
והזכרון יחזק בלי חקר : בפרט אם …

Præſta te fortem, tanquam leopardum, & robuſtum, inſtar leonis: Surge, ambula: quare dormis Lucifero jam exorto? Propera, ac feſtina, ad ſerviendum Deo, nec moram interpone. Cum lecto levatus fueris, priuſquam quatuor cubitos progrediaris, lava cum munditie manus tuas, & frigida oculis tuos palpebraſque perfundito. Nam, hoc viſum tuum reficit, & naturam corroborat. Dentes quoque purgato, ab omnibus ſordibus, atque hoc toti corpori proderit. Prius vero quam quicquam ages, aut cœptabis, exonerandum corpus eſt, per meatus majores, minoreſque: id enim multum confert ad cibum probe digerendum. Quin &, cum nitida eſt facies tua, micat quoque mens inſigniter. Cave autem ſedulo, ne cibi potuſque retrimenta vel momentum unicum ejicere differas, quia inteſtina omnia damnum inde ſentiunt. Porro, & pectine, quovis mane caput tuum pectinato, id enim ſalubre evadit oculis, & ſupra quam dici poteſt, ingenium ac memoriam refocillat; præcipue ſi a fronte retrorſum crines deducas. Hoc ergo quotidie obſerva-

תסריק גם מן המגֵם נגד האחור : כן
תעשה בכל שחר : ואחר כך תשלים
סדר תפלתך בכונה בלי שפתי מרמות :
כי תאכל הפירות בעולם הזה והקרן
קיימת : ובלכתך מחיל אל חיל תהיה
קודם כל מעשיך : שתלמוד תחילה ע
אפילו מעט : אל ינעם לנפשך : ואפילו
בספר לשון אשכנז ומה שתבין לערכיך :
אז תצליח ואז תשכיל בכל דרכיך : ומשא
ומתן שלך הזהר שתהיה באמונה : כי
ביום דינך היא השאלה הראשונה :
ואחר הנהגת הרוחני אין כאן מקומו ·
על כן אחזור לבאר הנהגת הגופני
ולהשלימו · בשחר קודם הלימוד טוב
אחר הטעימה · כי אז תוכל ללמוד בלב
מיושבת ובדעת שלימה · וכן אמרו רבותינו
זכרונם לברכה שלש עשרה דברים נאמרו
בפת שחרית שנים מהם שזוכה ללמוד
ותלמודו בידו מתקיימת ונשארית : ודע
כי הרעב אחר מזיק לראות עין . וסעודת
קבע לאחר חצות הא אין . כי אם לא
טעם כלום ונפשו רעב לתאבן . אז האוכל
אחר חצות כאלו זורק לחמת אבן · גם
והשמר לך שלא תאכל ולא תשתה
מאומה . עד שתרעב ותצמא · וכן האדם
לא יתחיל אכילה · קודם שיתיגע עצמו

ſervato. Poſtea Preces noſtræ conceptæ, tibi recitandæ ſunt, cum attentione, nec ſummis tantum labris : cujus pietatis uſuram in hac vita referes, ſed ſors (*in futuram æternam*) manet repoſita. Sic cœleſtibus turmis relictis, ad humanas deinde progredi volens, omnibus laboribus tuis præmitte literarum ſtudium, quantulumcunque id fuerit, nam, hoc ſuave erit animæ tuæ, ſi maxime tantum libello idiomatis Germanici, aut alio, pro tuo captu utaris. Hac ratione feliciter & proſpere verſaberis, in omnibus viis tuis. Verum, advertito, ut negotiationem tuam bona fide exerceas. Etenim, in decretorio die, de hac prima inſtituetur quæſtio. De cæteris animæ devotæ exercitiis ſcribere, non eſt hujus loci : ideo revertar, ad explicandos complendosque corporis habitus. Mane, ante literarum ſtudium, plurimum juvat jentaſſe : quippe, ſic poſtea animo compoſito, & mente integra diſcere licebit. Unde dixere Magiſtri noſtri f. m. Tredecim utilitates prædicantur de jentaculo. Ex his binæ ſunt, quod promovet ſtudium, & meditata fideliter imprimit, conſervatque. Noveris eapropter, famem viſui vehementer nocere, nec ad horam usque prandii omnem cibi uſurpationem differendam eſſe. Nam, qui nihil deguſtat, cum mane fame ſtimulatur, is, ſub prandium comedens, ſimilis eſt projicienti lapidem in lagenam. Interim cavendum, ne quid comedas aut bibas, niſi fames aut ſitis te urgeant. Quin, nec cibus aſſumendus eſt, antequam quis ſe defatigaverit opere aliquo aut labore : ſed, omnino itione, aut motu alio facienda exercitatio, & tum demum

באיזה מלאכה ועמלה · או באיזה הליכה ותנועה את נפשו יגע · ואז יאכל וינוח וירגע. בפרט בבוקר את נפשו ויגע בכל יום · עד שיתחיל הגוף להזיע ויחום. ולא יאכל אדם תכף אחר היגיע וה והעמלה. רק ינוח מעט עד שיוקר ש הנשימה שקיט ויכלה · גם אל תאכל על שתבדוק תחילה את נקביך · אז יהיה רפואה לכל קרביך · בין קודם אוכל בין לאחר האוכל · תרחץ ידיך במים קרים כי הוא עוזר לעכל המאכל. בעת האכילה תשב על מקומך ותרגיע · אל תלך ואל תרכב עמל ויגע · ואם לא יהיה כן אז על גופך תביא חליים וגו ותחלואים · בלא מרפא רופאים.

epulis, ac quieti cessationique indulgere convenit. Præcipue matutino tempore, quotidie agitandum corpus est, quoad sudet & incalescat. Attamen, non illico post defatigationem laboremque comedere oportet, sed tamdiu exspectandum, donec difficilior respiratio sese componit, & cessat. Pariter nec fruendum cibo, nisi solicitentur prius naturæ emunctoria. Hoc demum modo, cibus omnia intestina recreabit. Ante vero, & post adhibitum cibum, frigida manus abluendæ sunt, quæ res concoctionem juvat. Cæterum, cibum capientem, in loco suo sedere, & quiescere decet, non autem ambulare, equitare, vel laborare, aut sese defatigare. Quæ nisi observaveris, corpori tuo attrahes morbos & ægritudines, quibus nulli Medici mederi poterunt.

צנוע ושמח תהיה על שלחנך וכל דוי הסר · ודבר שפתים אך למחסור. תאכל תחילה מאכלים הרכים והקלים · כגון תרנגולים בשר גדיים ועגלים. בצים רכים · עשב ירק בשר בהמה דקה. ואחר כך בשר בהמה גסה שור פרה זאת חקה · וכן כל המאכלים המשלשלים והמרככין · תהיה בתחילת הסעודה ולא באחרי כן. ועל כל זה יש בו טעם משל ותמונה · ותמצא זה גם בספר שבילי אמונה · וגם צריך האדם שילעוס היטב הדק בפיו את המאכל · כי הוא יש יצ למהר להתעכל. וגם צריך לשתות מע

Modestum & hilarem te præbeto, cum mensæ accumbis, omnesq; curas abige, quin & parce loquitor. Principio epularum, tenuioribus facilioribusq; cibis vescendum est, uti sunt gallinæ, carnes caprinæ & vitellinæ, ova mollia, olera, & carnes ovium. Postea, majorum pecorum, uti boum, & vaccarum, carnes esitandæ, Atque hoc pro lege tenendum. Sic, omnes cibi, qui intestina laxant & emolliunt, initium non finem epularum occupare debent. Et vero, nituntur præcepta ista omnia, suis rationibus, similitudinibus, & specie probabilitatis: eademque offendes in libro Schevile Emuna. Opus quoque, ut quis cibum probe ore suo comminuat, quoniam id concoctionem tanto magis maturat. Nec minus necesse

באמצע האכילה . כדי לרכך המאכל
הוא טוב ומועיל. כי לולא השתיה אז
ישרוף המזון ויביא קושי היציאה לפרקים·
שהוא קשה ורע לגוף כחצים וברקים·
אבל אם יהיו תמיד מעיו רפוים וקרוב
לשלשול · אז ילך בטח ועד זקנתו יכלכל·
אחר האכילה תלך מעט כדי שיפול בו
המאכל. בתחתית האיסטומכא אשר שם
עיקר החום וכח העיכול · מכל מקום
אל תיגע אחר אכילה יותר מדאי ואל
תרוץ מהר חושים · פן תביא על גופך
חליים רעים וקשים· ודע אשר רוב ה
התחלואים · עת יבואון וגוף האדם מכלים:
מפני רוע המאכלים , או בעבור שמלא
בטנו ואוכל אכילה גסה·אפילו ממאכלים
הטובים הוא מאד רע וקשה · ובפרט
מי שינוח תמיד בלי תנועה · לזה הוא
יותר קשה וגרועה · לכן הצדיק אוכל
לשובע נפשו· והחכם עיניו בראשו·

est, comestioni potum interjicere, quod conducit, & utile est, ad cibos macerandos. Namque, sine potu, aduritur cibus, & difficilis ac interrupta evadit egestio, quod corpori haud minus damnum infert, quam sagittæ, & fulmina. At, cum molle servatur corpus, & vicinum profluvio, tum securus quis esse potest de sanitate, & ad senectam vitam producet. Post cibi assumtionem, parum deambulandum, ut in fundum ventriculi, ubi sedes caloris, & vis concoctionis residet, alimenta decidant. Ideo, non nimium post epulas defatigare se convenit, aut currere citato cursu, ne corpori graves & lethales morbos attrahas. Hoc igitur tenendum: Plerosque morbos, qui humanum corpus infestant, ex pravo victu provenire aut, quod quis nimium sese replevit, vel crassiorem cibum comedit. Etiam cibos bonos immodice assumsisse, valde malum & damnosum est, imprims illis, qui vitam quietam, sine motu agunt, nam hi, majus inde periculum & detrimentum sentiunt. Scilicet, vir pius, non ultra, quam ad saturitatem comest, &, vir sapiens, oculos gestat in fronte.

הלחם אם יהיה מפת חטים הוא ה
המובחר ויערב · ויותר טוב עם קצת
סובין בו מעורב · ולא מהסולת אשר
מאד נקיה ודקה. כי הוא מעצר הגוף·
ולא תוסיף תת כחה · ויזהר שתהא כל
צרכו כאפה · ומתבואה טובה ונמלח
ולוש יפה·

Panis triticeus, optimus est, sapidissimusque, & melior evadit, si parum furfuris ei admisceatur, nec ex puro putoque polline sit confectus. Talis enim corpus affligat, nec largitur robur. Danda quoque opera, ut sufficienter sit excoctus, & ex bona fruge, bene salitus quoque, & probe subactus.

היין הלבן והצלול והמתוק והריחני
הוא יותר ברוא ופקחני · ואם ישתה

Vinum album, clarum, dulce, & suaveolens, illud est, quod sanitati

& in-

אדם יען כשיעור הרי לגוף כצרי · כי
הוא מרבה חום הטבעי ומתגבר כארי·
משמח הלב ויזכך השכל · גם הוא עוזר
לעכל המאכל · רביעית המדה זהו ש
כשיעור השתיה כדת ודינה · ויותר מזה
השיעור תחדל ותמנע : אבל אם תרגיל
להשתכר ממנו ותשתה יותר מדאי · אז
כל ראש לחלי וכל לבב דוי · ומי ש
מהוא חם בטבע ויצמא לשתות · זהו
יערב בו קצת מים בכל העתות · מי
הדבש אשר הוא צלול וממוצע מן מת
מתיקתו וחזקתו · כמעט הוא דומה לטבע
היין בכל הלכתו וחוקתו·

& ingenio maxime conducit. Vinum ejusmodi, modice potum, corpori pro theriaca valet; adauget enim calorem naturalem, & leoninas vires tribuit: exhilarat cor, & depurat mentem, cibo quoque concoquendo inservit. Quartarius, vera & æqua potionis mensura esto; quod hanc excedit, fugiendum, & segregandum. Nimirum, si quis nimis crebro se ingurgitet, & ultra quam satis est, bibat, totum caput dolorem, & cor languorem contrahet. Si quis calidioris sit dispositionis, is, cum siti stimulatur, semper aliquid aquæ immisceat. Hydromel, si serenum, & mediocriter dulce ac valentulum fuerit, propemodum vini naturam, secundum totam suam rationem & indolem, imitatur.

השכר הנעשה מחטים גם הוא טוב
ומעולה . אבל צריך שיהיה ישן ויזך
לולה . כי הוא אות וסימן שהוא נת
מבושל כל צרכו · אז הוא בריא ויוסיף
תת כחו·

Zythus, qui ex tritico fit, non caret sua utilitate, laudeque. Verum requiritur, ut vetus sit, & clarus: hoc enim signum habetur indiciumque, satis illum esse excoctum: atque tum prodest, & vires confirmat.

היין השרף בארצות האלה דהיינו
פולוניאה ורוסיאה איננו מזיק · אלא אף
לפעמים הוא מועיל ומאד מחזיק· ודוקא
בעת הצורך ושלא ירבה ממנו · בפרט
אחר האכילה אין טוב הימנו · ואף על
פי שהרופאים הקדמונים · הם מונעים
אותו ומאוד מגנים · מפני שהם היו
דרים ומגודלים במקומות חמים והגלילות·
מה שאין כן בארצות האלה שהם קרים
ולחים ומרבים האכילות·

Vinum causticum, in his regionibus, Polonia nimirum, & Russia, non nocet, sed crebro sanitatem & robur promovet, imprimis, si non citra necessitatem, & moderate hauriatur: atque, post assumtum cibum, nihil hoc magis conducibile. Etsi vero Medici antiqui, illud prohibent, & infamant, (*tamen hos movere te minime debet*,) nam, ipsi degebant & enutriti erant, in locis regionibusque calidis, secus quam nostræ se habent, quæ, frigidæ humidæque sunt, & uberiorem comestionem solicitant.

בימי החורף וקור מעוצר האכילה
תוכל להרבות · יותר מימי החום קיצן
חורבת · כי בימי החורף אז החום
הטבעי גוברת ופורחת · גם אז הלילות
ארוכים והשינה משובחת · כי עיקר כח
הזן וכח העיכול בתוך השינה הם וג
מבשלים ואופים · כמה שאמר גלענוס ג
ראש הרופאים · ובימות החמה תאכל
מאכלים הקרים · כגון דגים ירק
חזרת חומץ (שלטין בלשון אשכנז) וג
ותאכל השעורים · ושמור עצמו מהדברים
החמים · וימעט בתבלין וחרדל וכן אשר
להם דומים · ובחורף תאכל מאכלים
המחממים · ותרבה בתבלין ותאכל חרדל
לפעמים :

Diebus hibernis, cum friget, augere licebit cibi demensum ultra calentis æstatis mensuram. Nam, brumali tempore calor naturalis, major deprehenditur, & amplior, longiores quoque noctes sunt, & somnus gratior. At, præcipua alimonia, & vis concoctionis, somno fit, & tum natura coquit ac pinsit; dicente, ita Galeno, Medicorum principe. Æstivo tempore, cibis refrigerantibus vescendum, quales sunt pisces, olera, lactuca aceto imbuta, (Germani Salat vocant) & hordeum. Abstinendum autem tum, a cibis calorem excitantibus, parumque aromatibus, sinapi, rebusque aliis ejusmodi, frui oportet. At, hyeme, calidioribus cibis, & probe aromatibus conditis, utendum, sinapi quoque, interdum vesci conceditur.

ודע אשר תמצא מאכלים · אשר המה
לגוף כקירים וחבלים · כמו בשר מלוח הישן
ודגים הישנים הגדולים · ראוי לאנוש
שלא לאכלם לעולם · וכמוהן ובפרטיות
גם הגבינה · אשר הוא חזק וישנה ·
וכל תבשיל אשר הוא ישהה בכלים עד
סריחו כורך · וכל תבשיל אשר רע אותם
אל תרדוף , וכל המרבה לאכלם בכל
יום דמו בראשו · כי יחטא איש וגם
ויתחייב בנפשו ·

Præterea scias, reperiri cibos aliquos, qui corpori id præstant, quod uncini & funes;. Ex his sunt, caro salita vetus, & pisces veteres magni, hæc, nullo unquam tempore comedenda. Pertinet huc amplius speciatim, caseus durus & vetus: omnisque cibus, qui tamdiu in vase aliquo fuit servatus, ut graveolentiam diffundat. Hos insalubres cibos, noli appetere, quique istis jugiter fruitur, reus fit salutis suæ, peccat enim, & vita se privat.

ועוד תמצא מאכלים · אשר המה גם
כן רעים אבל אינם כבלים · כגון ג
דגים אף החיים והם מאד גדולים ·
ועזים הישנים עם יעלים · וכרוב עם
שומים ובצלים · המצות והחלות מן טם

Offerunt se quoq; alii cibi, qui & ipsi haud contemnendo modo mali sunt. Verbi causa, pisces utut vivi, si prægrandes fuerint, capreæ veteres, cum rupicapris; brassica, allio cæpisque condita; lagana, & placentæ

השעורים · וכען קשואים וקיקומרי״ש
(אגורקס או אומלקין בלשון אשכנז)
וכנון וחזרים · אינו ראוי בכל יום לא
לאכלם · אבל אם יאכל מעט מהם אז
יטעם וישלם·

centæ hordeaceæ, pepones, cucurbitæ, & cucumeres (qui poſtremi Germanis Gorcken & Umercken dicuntur) item raphani & betæ; his, quotidie minime veſcendum, parum autem ex illis deguſtans, ſuavitatem & comodum inde percipit.

ועוד יש מאכלים שהם גסים וגם
ועכורים · הם רעים אבל לא כאחרים ·
כגון בשר אווזא ויונים הקטנים . והבצק
הנלוש נאפה בשומן ושמנים·

Superſunt cibi craſſi & turbidi, detrimentoſi quidem, nec tamen in tantum, ac prædicti cæteri. Exempli gratia, anſeres, columbæ parvæ, & maſſa, oleo aut pinguedine ſubacta, & fricta.

לעולם ימנע האדם את עצמו גם
מפירות האילנות . בפרט החמוצים אף
כל פרי מגדנות · ואל תרבה מהן לא
אפילו היבשות ואין צריך לומר הרטובות·
ואם יאכלם קודם שיתבשלו הרי הם
לגוף כשני חרבות · ודע כי המשובח
שבמגדנים· הם ענבים שקדים ותאנים·
אם תאכל אותם יבשים או רטובים · הם
נעימים וטובים· וראוי לאדם להשתדל
תמיד להיות מעיו רפוים וקרובים ל
לשלשולים · אז ילך בטח ויבריא גם
לעולם בריאות מעולם . כי כל זמן
שיהיו מעיו קשים וכלואים · הוא רע
מאוד ואות לתחלואים :

Ætatem ſibi temperet homo, a fructibus arborum, maxime acerbis, imo & exquiſitiſſimis, nam, nec ſiccis nimium fruendum, ut de virentibus monere nihil neceſſe ſit. Quod, ſi immaturos quis comedat, idem facit, ac ſi gemino gladio corpus ſuum transfodiat. Noveris autem, inter dapes fructuarias, palmam deberi uvis, amygdalis, ficubusque, tam recentibus quam arefactis, ſuaves enim ſunt, nec inſalubres. Oportet autem, quemque ſedulo operam dare, ut inteſtina flaccida habeat, & inclinantia ad alvi effluvium. Tum, ſecurus eſſe poteſt de ſua ſanitate, nec unquam illius valetudo detrimentum capiet. Quando enim dura ſunt inteſtina, & obſtructa, valde id malum eſt, & morbi indicium.

ואלו הם הדברים המשלשלים כגון
שזיפים שקורין בלשון אשכנז פלוימין
וענבים ותאנים ואגסים גם האבטיחים·
וקיקומות בפרט בימות החמה הם נאותים

Et vero, ſequentia alvum reddunt ſolutiorem. Pruna, Germanis Pflaumen dicta, uvæ, ficus, nuces, item pepones & cucumeres, atque proſunt imprimis æſtivo tempore.

גם אלה מרככין את הגוף ומבריאים
אותו כגן רטוב . כגון שעורים שנש
המכותשין ועשב ירק שקורין שפינט ועשב
ירק שקורין צוויקלש ובקצת מקומות ש
רוטי רובין ובלעז בעטה:

Quin, & iſta ilia laxant, ac corpori conſulunt, ut horti irrigui ſpeciem habeat; nempe, hordeum imminutum, & olus quod Spinat dicitur, itemque rapæ, quas, vulgo, Zwickles/alibi, rote Rüben / Italice, *Beta* vocant.

ואף גם זאת אם תאכל כל מאכל
בריא וטוב · וגם תשמור עצמך מכל
מזיק ורעה · אפילו הכי אם תשב ב
בהשקט בלי יגיע ותנועה · הרי הוא לך
יותר מזיק ויותר רעה · ממי שהוא א
אוכל מאכלים מזיקים ורעים · והוא מ
מרבה התנועה ועמל ויגיעה : וזה לך
האות ותדע · כמו שאמר הרמב"ם בספר
המדע · כל השוקט וושב בנועם · אז
פניו אינם כועס : ואבריו תמיד חלושים
חולים · אף אם ירגיל עצמו במבחר
המאכלים · וזה לך האות מתלמדי של
תינוקות · אשר רוב מהם מעוכרים
ופניהם נופלות ומצוקות · כי ממיעוט
התנועה הם חלשים . וממעט בהם חום
הטבעי וכח העיכול ומעיהם קשים ·
וכן הוא אצל הרבנים אשר בתמידות
לומדים לימודם זה שאמרו רבותינו ז"ל
התורה מתיש כחו של אדם · על כן
הסכימו כל הרופאים אשר העמל ותנועה.
הוא כלל גדול בסדר הרפואה · כי כל
עוד שיהיה אדם עמל ויגע בכל יום ·
ולא יאכל יותר מדאי ומעיו תמיד רפ
רפוים · אז כל ימיו לא יבואו לו חלאים

Verum enim vero, ſi maxime tantum cibis ſalutaribus optimisq; fruaris, tibique caveas ab omni re nociva & mala, tamen, ſi quietus ſedes, ſine fatigatione & motu, majus exinde damnum & pernicies naſcitùr, quam ſi quis cibos pravos & inſalubres comedat. Multum igitur ſeſe exerceat, laboret, ac fatiget. Rei hujus exemplum (*paulo poſt indicabimus*,) tenendumque, quod ſcripſit Rambam in libro Hammadda: Si quis aſſidue quietam & tranquillam vitam agit, tum facies invenuſta evadit, membraque ejus debilia & ægra fiunt, etiamſi cibis opiparis nutriatur. Atque exemplo tibi ſunt, pædagogi, quorum plerique conſtipatis ſunt viſceribus, & habent vultus macilentos ac cadaveroſos. Ob defectum enim motionis, male habent, imminuiturque in iliis calor nativus, & vis concoctrix, duraque ſunt ilia. Eadem Rabbinorum conditio, qui continue literis incumbunt: unde dictum Magiſtrorum noſtrorum f. m. Lex Divina, debilitat vires hominis. Proinde conſentiunt Medici omnes, laborem & commotionem, magnum locum in regula ſanitatis ſibi poſcere. Quando enim homo quotidie laborat, & ſeſe exercitat, nec ultra id quod ſufficit comeſt, ac inteſtina ſemper habet libera, nunquam in hunc morbi ca-

dent

אף אם יאכל מאכלים רעים · בריא יהיה בכל העתות והזמנים · ועדן גם ערכים ·

ועוד יבאו ב' משחיתים ומחבלים · ש הנוהג לרוב אכל הטועים והכלים · ש אלא המה הדאגה והכעס העצבון וגם והסיגופים · מה מאד מחליטים הגוף ודעת טורפים · והם מזיקי' וגרועים · יותר מכל מאכלים קשים ורעים · כי הכעס עובר ומורף הדם · והדאגה חתך הלב והאנחה שוברת חצי גופו של אדם · והם מרבים חום הטבעי ויחלישו כח העיכול · ו ויסירו תאוה מהאוכל והאסתומכה יתקלקל · הדאגה מייבש הגוף ומעיו מעצר · כל היום הולך וחוסר ימיו מקצר · מבלבל הדעת ויחשיך אור השכלי ומפסיד הזכרון גם ראות עיניו יכהה ויתקלקל · וזה לך האות תראה ותחזה · איך לבעל הדאגה פניו דל' ורזה · גם מן הכעס יבאו חליים ששים ממינים. כגון פדאגרה נכפה בר מינן ומאר חליים מסוכנים · גם מי שירבה הדאגה הרי הוא מקטני אמנה · לכן דאגה ב בלב איש מדעתו ישיחנה · וכל יהבו על יי' ישליכנה:

dent, etsi cibis non lautis victitat; robustus erit semper, & ætatem, omnique vitæ suæ tempore.

Sed & alii duo corruptores & destructores sanitatis sese offerunt, quibus plerunque stulti & insipientes indulgent. Ii sunt, solicitudo & ira, doloritem, & mœror. Hi corpus enervant, & mentem obturbant, omnibusque cibis pravis ac insalubribus, sunt pejores & nocentiores. Ira enim pervadit & adurit sanguinem. Mœror vero diffindit cor, suspiriaque confringunt corpus humanum. Atque enarrata omnia, adaugent calorem naturalem, & facultatem concoctricem attenuant; adimunt cibi appetitum, & ventriculum labefactant. Curæ exsiccant corpus, obstruunt viscera, &, iis se tradens, quotidie magis magisque se consumit, & vitam abbreviat; amplius, confundit mentem, obumbrat lumen intellectus, memoriam disperdit, etiam aciem oculorum hebetat, vitiatque. Ipsa res, dictis fidem facile conciliat. Videbis enim & spectabis, ut sint mœsti homines facie exili & macra. Ira quoque, sexaginta morborum, diversorum generum causa est: uti, podagræ, &, (quam Deus procul a nobis abesse jubeat) epilepsiæ, aliarumque gravissimarum invaletudinum. Adde, quod, quem nimia cura angit, exigua fide (*erga Numen*) præditus videtur. Ideo, cum tristitia cor occupat, abigenda est ex animo, & in Deum omnis spes conjicienda.

ועוד יזהר האדם שלא יעצור הרוחות והנפיחות · כי הוא מאוד מסוכן ואלו החליים באו מהם לפחות · כגון קרמפ״ף וסיבוב בלשון אשכנז שווינד״ל והנכפה וכאב הראש וגם הצוו״ג וחלי של התקופה·

De hoc quoq; monendus homo est, ne flatus & spiramina ventris cohibeat, nam, id noxium, & sequentes minimum procreat morbos, nimirum spasmum, vertiginem, quam Germani Schwindel appellant, epilepsiam, cephaleam, tenesmum, & chordapson.

מקום הדירה הזהר שיהיה במקום נקי וטהור · כי אין דבר בעולם שהוא יותר פועל · בגוף האדם להזיק או גם להועיל · כמו האויר והריח · הוא שימור יותר יותר זירוז צריך · על כן לא יג ידור אדם ולא ינוח במקום שאויר גם עכור וסורח · רק במקום שאויר צלול וזכה : כי זה יעשה שמח ויחכם בכל מלאכה :

De habitatione curandum, ut sit in loco puro & mundo. Nulla enim res magis, quam aër & odor, aut prodesse potest corpori, aut nocere. Itaque magnam circumspectionem & diligentiam circa hæc adhibere convenit. Proinde, non commorandum homini, in loco ubi aër turbidus est & fœtens, sed, qui aëre puro & sereno gaudet. Etenim, id hominem exhilarat, & ad munera recte obeunda, sapientem efficit.

ההקזה אל ירגיל אדם בלתי צרכו· לחסר את דמו ואת מוחו · בפרט אותם שהם קרים בטבעם והגידים שלהם גם קטנים · אותם אל יקיזו בכל הזמנים: וכן אותם אשר אצל נשיהם רגילים תמידי· ימעיטו ההקזה מעט המעט · מפני כמה טעמים הידועות · רק לצורך גדול יקיזו בעבור י״ז רפואות. ולא כמו הרבה שוטים וסכלים · אשר גופם מחלישים ומחבלים: ומקיזים דם בלי טעם וצורך · כדי גם למלאות תאותם באכילה ושתיה ולהאריך· ובזה הם מחלישים הגוף אשר בדם

Venæsectioni, nemo se assuefaciat, præter necessitatem; ne sanguinem ac medullam imminuat, imprimis si quis naturæ sit frigidioris, & venas habeat tenues, ei nunquam mittendus sanguis est. Similiter, qui crebro cum uxoribus suis rem habent, parcissime utantur venæsectione, ob varias notissimasque rationes. Tantum, ob summam necessitatem, & casus septendecim, sanguinem emittunto. Non igitur imitari decet stultos quosdam & insipientes, qui corpus infirmant, & conficiunt, atq; sine ratione, ac temere sanguinem mittunt, tantum ut edendi bibendique appetitum magis provocent. Istis enim cœptis corpus, quod sanguine alitur, affligant. ne ad senectutem virescat,

יזוב ולא בשיבה יזוב · וכל זה ידוע וזה
לך האות והמופת · ככתוב כי הדם הוא
הנפש · אבל מי שמקיז דם בזמנו ולצורך
אז יבריא את הגוף לזמן ארוך · כי הוא
מנקה השלחופי׳ וחוש השמע פותח · ש
הכליל הראות ומחזק המוח ומשמח · ומטיב
הזכרון ומאיר הדעת והשכל · גם הוא
עוזר לעכל המאכל · גם יסיר הדאגה
והעצבון וימעטנה ומבטל העצלות · ויתרון
השינה מגרש דם הרע והעכור · מחזיק
דם הטוב והיקר :

rescat. Nota hæc res est, ejusque indicium & confirmationem ipsa Scriptura præbet, cum Animam sanguini inesse asserit. At, qui venæsectionem adhibet tempestive, & cum necesse est, diutissime conservat sanitatem: nam, purgat venæsectio vesicam, auditus sensum excitat, clarificat visum, confirmat cerebrum exhilaratque, corroborat memoriam, & mentem ac ingenium illustrat. Porro, juvat quoque cibi concoctionem, dispellit minuitque ægritudinem & mœrorem, aufert torpedinem, & somni nimietatem, ac vitiosum turbidumque sanguinem adimendo, bonum ac probum fortificat.

ואלה הם הסימנים להכיר · מי שהוא
צריך להקיז ויהיה לו לרפואה · והוא מי
שיבא לו עצלות וכבדות בכל גופו · או
מי שאין לו תאוה לאכילה כשאר הימים ·
או יבאו לו מורסות בגופו או שחין גם
לפעמים · וגם אותם שהן מרבים בשתית
היין ומי הדבש ותשים בטבעם · ומי שיש
לו מעט התנועה · כל אלה הן צריכין לה
להקזה ויהיה להם לרפואה · ובפרט מי
שיש לו חום וכאב בראשו כנגד מצחו ·
לזה הועיל הקזה ויוסיף את כחו ·

Hæc autem signa sunt, quibus cognoscitur, indigere quem venæsectione, commodo suæ valetudinis. Scilicet, si quis torporem & lassitudinem toto corpore sentiat; aut, si quis minorem solito habeat cibi appetitum: aut, si cui forte psora ac scabies in corpore enascatur. Item, iis utilis fuerit, qui multum vini aut mulsi bibunt, qui obstructiones patiuntur, &, qui motu carent. Omnes isti egent venæsectione, atque proderit ad sanitatem, Præcipue vero illi, cui caput a fronte calet, doletque, prodest venæsectio, ejusque vires refocillat.

וטוב להקיז ב״ג שעות הראשונות מן
היום . כי הדם מושל באדם עד ג׳ שעות
על היום · בחורף יקיז בזרוע השמאלי ·
ובקיץ בזרוע הימיני · וסימנך אורך ימים
בימינה · לא יקיז ביום שבא מן הדרך ·
ולא ביום שרוצה לצאת לדרך · ולא ילך

Est autem optimum venam secare horis tribus primoribus matutinis; nam sanguis, illo tempore, maxime in homine vim suam exercet. Hyeme, sinistri brachii vena aperienda est, æstate, dextri. Cujus rei symbolum esse potest, (*dictum Prov III. 16.*) *Longitudo dierum in*

 dextra

במרחץ בההוא יומא · גם לפניו ולאחריו
ימים מאשתו התמימה · זמן המובחר
להקיז הוא בימי תשרי וחשון ניסן ואייר:
והיום שהוא צלול ויאיר · ואל יקיזו דם
אותם החכמים : אשר יוסיפו שנותם
על חמשים : ותכף אחר ההקזה ישכב
מעט על גבו · כי אז כל הדם שבגידים
יחזור על מושבו · ואל יאכל תכף אחר
הקזה רק ימתין שעה או שתים · ומי
שמתירא מן החלשות יוכל להקדים · ויזהר
שלא יאכל בו ביום חלב וגבינה בצלים
ושומים : וכל הבא מן החלב אליו אל
תאבה . וכן כל דברים הקרים · ובפרט
דגים המלוחים · בו ביום הוא פגול
ותועבה : וגם אל יאכל כל מיני דגים
בסעודה הראשונה מן הקזה : וביצה
בת יומא מה טובה היא ביום הזה · וגם
והאכילה והשתיה יהיה קלים ומעטים·
ולא כמו שעושים הסכלים והשוטים·
אשר באכילה ושתיה ממלאים בטנם
ויסודם : ויתעכרו את דמם ויצא שכרם
בהפסדם · ואם תרצה שיהיה לך הקזה
רפואה חזקה : או יום או יומים קודם
לכן תקבל תחילה איזה פורגציאה וגם
והדקה : והזהר שלא תרבה לישן באותו
היום כי הוא מעורר מרה השחורה.

dextra ejus : (*cujus beneficio facile memoriæ inhærebit, cum sol dies longiores efficit, in dextro brachio emittendum esse sanguinem.*) Verum, non secanda vena est, die quo quis peregre redit, aut quo iter facere instituit. Quin, nec eo die in balneum intrandum, &, ante venæsectionem, ac post eam, abstinendum a dulci uxore. Tempus magis proprium venæsectionis, sunt menses September, October, ac Martius, & Aprilis, eligendusque dies serenus, & sudus. Cæterum, qui quinquagesimum ætatis annum egressi sunt, prohibentur sanguinem emittere. Post venæsectionem, reclivis quis cubare debet, sic enim omnis sanguis qui venis continetur, sedes suas repetet. Neque vero, illico post venæsectionem comedendum, sed, per horam unam & alteram exspectandum: qui vero, deliquium metuit, ei cibum præmittere conceditur. Enim vero, cave sis, die quo venam secuisti, lac comedas, aut caseum, aut cæpas, vel allium. Pariter, nec rei ullius, quæ a lacte provenit, cupido te tangat. Eodem modo ab eduliis frigidis abstinendum, atque imprimis pisces saliti, hac die, abominationi tibi sunto, & fastidio: quin, nec primis post venæsectionem epulis, variis piscibus vescendum. Vah, quantum tum prodest, ovum quod eodem die positum, sorpsisse! Omnis autem cibus potusque, tenuis & parcus esse debet: nec imitandi stulti & insipientes sunt, qui cibo ventrem & intestina replent, atque sic sanguinem inficiunt, ac non minus damni, quam utilitatis, a venæsectione referunt. Quod si igitur vis, ut venæsectio summe tibi proficua esse debeat, sumendum tibi prius, pridie, aut biduo ante, leve medicamentum purgans. At, nec nimis die quo venam secasti, dormica-

גם הוא סכנה שלא יפול בחלשות ושאר
חליים הרגילים לבא אז במקרה · וביום
החקזה ישב בהשקט ובמנוחה · וישמור
מן הליכה רבה ומכל מלאכה · וישליך
ממנו היגון והאנחה : וירבה ששון וש
ושמחה וביום השני ינהוג גם כן בדרך
הטובה . ודגים שכי רצות הם ילא חובה
וביום הג׳ מרחץ הוא נאה וטוב · ואז ת
ובריא הגוף כגן רטוב ·

miendum eſt, nam, id atram bilem commovet, eſtque periculum, ne quis deliquium patiatur, aut morbos alios, & ſymptomata. Eodem die, tranquille & placide tibi agere, deambulationemque nimiam, & omnem laborem procul habere convenit, luctum autem & mœſtitiam ex animo pellere. Potius lætitiæ & gaudio indulgendum. Poſtridie ſimiliter ſecundum prædicta inſtituta vivendum, atque tum piſcibus veſci licet, ſed, non neceſſe eſt. Tertio die, balneum utile ac proficuum fuerit. Sic corpus, ut hortus irriguus valebit.

רחיצת האדם בתוך המרחץ וטובלו
תהיה פעם אחד בשבוע או שבועים יד
לו · וסמוך לאכילה בו אל יבוא · ולא בעת
כי תהיה נפשו צמאה ורעבה · בתחילה
יעמל את גופו בארזה הליכה ויגיע · אז
ילך למרחץ ויזיע · וינקה תחילה את
גופו יפה · ואז ישפוך עליו מים חמים
לשטפו · ואחר כך תרחץ במים פושרים
ובסוף תרחץ במים קרים · אבל ראשו
ירחצנו דוקא במים חמר מאד חמים ·
כי בם יהיה בריא ותמים · ובתוך ש
המרחץ יהא לובש את בגדיו · וגם יכסה
את ראש היטב וגם צעדיו · וינוח בצאתו
וישקוט כדי שירגיע הגוף מעט קט · ואם
ישן בצאתו טרם האכילה · אז הוא יותר
טוב ומועילה · ואל ישתה צונן בצאתו · כ
למען כי יכבה את חמתו · ואל תשתה
תוך המרחץ כמו כן · אז יטיבו פעמיו
ויתכן · ובאלו הימים יהא המרחץ יותר

Balneo, & ablutione, ſemel in hebdomade, aut, alternis hebdomadibus, utendum eſt, atque id ſufficit. Non autem paulo ante cibum, nec ſtatim poſt illum aſſumtum, lotio adhibenda, aut tum, quando quis ſitit, aut eſurit. Principio, corpus itione aut defatigatione aliqua exercendum eſt, & tum in balneum te confer, & ſuda. Ibi primum corpus pulchre abſtergendum eſt, & tum calida ſuperfundenda, ad abluendum: dehinc, tepida te purgato, & denique frigidam adhibeto. Cæterum, caput tantum aqua fervida lavandum, quia id ſalutare & conducibile. Intra ipſum balneum veſtire ſe rurſus oportet, & caput ac pedes obtegere. Poſt egreſſum, quieſcendum nonnihil ut corpus ſe parum refocillet. Quod ſi quis lotus ante cibum dormiat, magis hoc utile & commendabile fuerit. Non vero mox a balneo potus frigidus hauriendus, ne calorem quis ſuffocet: ſic nec intra balneum bibendum; atque hac ratione res feliciter procedent. Cæterum, menſibus

Martio,

לכוין · בימי ניסן אייר סיון · כי אז גם
יתעוררו בגוף אדם כל החומרים והלחות
אשר נתקרשו ונקפו בתוך הגוף בימי
החורף והרוחות · אזי ימסו ויתכו ויצאו··
על ידי תנועה · ומרחץ והזיעה ·

Martio, Aprile, Majo, magis lotione utendum est, tum enim in corpore humano omnes materiæ & humores commoventur, qui concrevere, & ad viscositatem redacti fuerant tempore brumali, & ventoso. Atque sic liquefiunt illi & dissolvuntur, ac evaporant, motionis, balneorum, & sudoris beneficio.

בערב יסדר כל אדם את מאכל··
כפי כחו וכפי מעללו · דהיינו מי ש
שהוא בעל עבודה ובעל עמלה · זה יאכל
בערב יותר השיעור לכלכלה . אבל מי
שהוא יושב אוהלים שאכן ושקטה · זה
יאכל בבוקר יותר השיעור ובערב ימעט.
ואמנם כל אדם איך ומה שהיה רגיל
אל ישנה הן באכילה הן בשתיה הן בש
בשינה · כי כל שינוי רע מאד ומסוכנת ·
לכן מעט מעט יוכל האדם לשנות : מ
מדרכיו ומנהגיו הרעים : עד כי יבא על
הסדר הטוב והנכוים · מכל מקום אל
ימלא את בטנו בהרבה מיני אכילה בו
בלילה כי אז ישכב במטה כאבן גולה ·
ויהי ממחרת ואז הזכרון והשכל איננ
צלולה · ובפרט אותו האדם שיש לו בעיניו
כאב או מחלה · יזהר מאד בעת ערב
להמעיט האכילה : ואל ישן האדם תכף
וסמוך לאכילה · כי אז האידיים והעשן
למוח יעלה · והוא מזיק לראות ועיניו ש
השע · גם לזכרון הוא רע וקשה · ונתנו
חכמי הטבע שיעור השהיה · ב' או ג'
שעות ימתין אחר אכילה ושתיה · וישטף
היטב את פיו קודם שילך למשכב · וכמו

Vesperi, cœna, secundum vires cujusque, & laborem peractum instituenda. Nam, qui operarius est, & se fatigavit, lautius cœnare debet: qui vero domi quietus & tranquillus desidet, huic uberiore cibo in prandio, parciore sub vesperum utendum. Sed enim non mutanda homini facile, nec victus, nec potus nec somni consuetudo. Quippe, omnis mutatio mala est, & periculosa. Propterea ex pravis moribus & consuetudinib⁹, sensim pauxillulum immutandum, quoad quis, in ordinem bonum legitimumque deducitur. Interim, noctu, corpus minime multis ciborum generibus onerandum est, cæteroqui jacebit quis in lecto, tanquam lapis eo devolutus, & mane facto, memoria atq; mens neutiquam serenæ erunt. Præcipue, si quis oculorum dolores aut ægritudinem patiatur, isti sub vesperam perparum comedendum. Ad hæc, non illico, & mox a comestione homini dormiendum est, nam, secus, vapores & exhalationes in cerebrum ascendunt, atque visus læditur, & oculi obnubilantur: memoriæ quoque, id malum & noxium est. Definiverunt autem rerum naturalium periti, moræ mensuram, atque horas duas, aut tres, post assumtum

כן בבוקר אל יתעכב · ויישן על צד ש
השמאלי בתחילת הלילה . ועל צד
הימיני בסוף הלילה . ובספר אליה דוכס
ענין אחר ראיתי להפך בתחילת הלילה
לשכוב על צד הימיני ובסוף הלילה על
צד השמאלי לכן נ"ל כי טעות נפל כאן ·
וכן שמעתי גם כן מרופאים מומחים אל
ישכב על בטנו או ערפו וגבו · ועם
ראשו ישכב גבוה ומכוסה בכובע · אז
ישן כשיעור ח' שעות · זהו שיעור שכתבו
חכמי הרפואות ·

ſumtum cibum potumque præſtolari jubent. Antequam, quis cubitum petat, os diligenter eluendum, idemque mane confeſtim facere convenit. Principio noctis, lateri ſiniſtro indormire juvat, & ſub finem ejus, lateri dextro. Equidem, in libro Eliæ Ducis contrarium reperi, quaſi ſub initium noctis ſuper latere dextro, & in fine ſuper ſiniſtro cubare quem oporteat, verum, ſuſpicor id mendũ eſſe. Audivi quoque a Medicis expertiſſimis, neque pronum ſuper ventre, neque reclivem ſuper collo aut tergo, cubare quem debere. Caput vero elevatum ſit, & mitra tectum: ſic octo horarum ſpatio dormiendum, quæ ſomni menſura eſt, a Medicorum ſapientiſſimis præſcripta.

בעולת אשה כי תהיה בנשים · תאמץ
הגוף וחי נפשים · והנוהג בתשמיש גם
כמשפט · יהיה מרפא לנפשו ומפלט · אבל
אם ירבה בתשמיש יבלה · שאר רוחו
ואת בשרו יכלה . והזקנה קופצת עליו
מהר חושים · יוסיר כח מכל הה' חושים ·
ועיניו יהיו כהות ותם הכח · והריח
רע מפיו וסרוח · ושיניו יהיו רעות
ודלות · תמיד יהיו חלשות ונופלות · לפיכך
יש לכל נפש חשובה . להשמר מרבוי
הבעילה ואז יהיה בטובה · ואלה הם ש
הצריכים לבעילה · ויהיה להם רפואה
וגם תאלה ימו' אשר מאד מתאוה גם
לבעילה והוא חזק ובריא · זה יהיה
בועל יגביר ויפריא · וכל המתאוה גם
לבעילה ואינו בועל אז הזרע שלו נהפך

Viri cum fœmina complexus, roborat, & vitam ſuſtentat; quare, qui decenter cum conjuge conſueſcit, ſanitatem & valetudinem procurat. At, nimium rebus Venereis fruens, ſpiritus conſumit, carnem emaciat, eumq; ſenecta curſu propero involat. Omnes quinq; ſenſus vim perdunt, oculi caligãt, vis evaneſcit, halitus fœdus & graveolens ex ore emittitur, dentes corrumpuntur & attenuantur, debileſque fiunt & cadivi. Idcirco, quiſque vir honeſtus, operam dare debet, ne nimis Veneri indulgeat, & tum ſoſpes vitam aget. Atque hi ſunt, qui concubitu opus habent, quibuſque exinde ſanitas & longævitas paratur. Quiſquis cupidinis ardore flagrat, & ſanus validuſque eſt, is cum uxore voluptatem capiat, idq; ſalutare erit, ac fœcundum. Si quis autem concubit⁹ appetens, ab eodem ſibi temperat, tum ſemen ejus convertitur

 in al-

לליפה לבנה וקשה להועיל · והמבלה עם
בהרהורים מבלבל הדעת · ויוסף מכאוב
ורוב כעס · ולא די שהוא גופו מכלה
אלא אף הוא בנדוי בב״ד של מעלה ·
על כן כל בני אדם יהיו נזהרים . מן
מחשבות רעות והרהורים · גם על יבעל
אינם בעוד שנפשו רעבה וצמאה · ולא
סמוך אחר האכילה ונפשו שביעה.

in albumen vitiosum, cui ægre mederi licet. Porro, & homo ejusmodi, torquetur pravis cogitationibus, confundit mentem, sibique dolores multos, & pœnas conciliat. Neque satis est corpori suo hunc nocere, nam, anathemati cœlestis Senatus insuper subjacet. Quamobrem, caveant sibi omnes, a malis cogitationibus desideriisque. Non autem fruendum uxore, cum quis fame aut siti laborat, aut statim post assumtum cibum, satiato corpore.

ואלה הם כלל גדול כל הרפואות
למפרש בשמות הם ספורות · וכל זמן
שאדם משגיח על לוח הזה · לעולם
לא יהיה חולה ורזה · ולא יכאב עד כי
יספה · ולעד לא יהיה צריך לרופא: רק
בהשגחת אלהים חיים · אשר בידו
המות והחיים . ואתם הדבקים
בה' אלהיכם חיים· אמן
סלה·

Atque hæ sunt summæ Regulæ, omnium quæ dici aut recenseri possunt circa sanitatem, Monitorum salutarium. Quod si quis igitur Tabulam hanc observet, nunquam morbum aut maciem contrahet, nec dolores experietur ante fatalē horam, neque unquam medico egebit. Sola Divina providentia hunc tuebitur, in cujus manu mors & vita repositæ sunt. Vos vero, Deo vivo vestro adhærescite.
Amen, Sela!





EXERCITATIO TERTIA.

Recensens Libellum Hebraicum MILCHAMA BESCHALOM, sive Historiam, de Semi-Pragensis Urbis postrema expugnatione, quã, auspiciis CHRISTINÆ Sueciæ Reginæ, A. MDCXLVIII. Comes Johannes Christophorus Konigsmarckius peregit.



CVm in Orbis verius, quam Galliæ metropoli, Alma Lutetia agerem, atque JOHANNI CAPELLANO, Viro, qui, ob honesti rectique ingentem amorem, literarum studia promovendi contentionem perpetuam, &, quod ego vel primum prædicare debebam, indulgentiam erga peregrinos plane incredibilem,

— majorem umbris, tenuem & sine pondere terram,
Spirantesq; crocos, & in urna perpetuum ver,

& meretur, & utiq; habet, magno meo commodo innotuissem, ab illo aliquando audivisse me recordor, quod referam. Hugonem, Grotiũ τον πάνυ, cum lethaliter decumberet, atq; jam fato suo pro-

pinquus, in eo versaretur, ut res humanas valere ac plaudere juberet, convenerat Rostochiensis Vrbis Vir quidam Primarius. Iste, præter alia, ad ἐυθανασίαν facientia verba, ajebat Grotio, posse ipsum ex hoc mundo, quem natura nobis diversorium, non habitationem perennem dedit, æquo animo discedere, cum certum sit, nomen ejus, ob tot præclara, quæ post se relinquat, divini ingenii monumenta, mansurum cum temporum æternitate. Lecturos ab eo editos libros cum veneratione, seros nepotes, & semper majores natu, minoribus eos commendaturos, alicujus instar verissimi thesauri. Ad ista, Grotius subjiciebat: Equidem agnosco, nihil me prius habuisse aut antiquius, quam bene de Republica Literaria mereri, unde nec vigiliis peperci, nec laboribus, ut aliqua publice profutura evulgarem. Cæterum, non est ut confidam, omnes a me editos libros, laturos ætatem. Sat scio, prodibunt imposterum, qui nostris & aliorum præsidiis adjuti, altius sese efferent, & meliora longe dabunt. Haud ulli igitur, ex nostris lucubrationibus, præterquam soli Historiæ Belgicæ, liquido ausim ominari immortalitatem; ista vero, nisi quid me decipit, assidue erit in manibus hominum, quia, quam diu salva perstabit orbis ista machina, nunquam deerunt præteritorum curiosi, & solicite pervestigantes, quid quoque tempore contigerit. Sic Grotius judicavit, quem fortasse in cæteris, non tamen circa ea, quæ de humani ingenii ad rerum anteactarum notitiam habendam, aviditate, disseruerat, sua fefellit opinio. Insigniter proinde posteritati, insigniter suæ memoriæ consulunt, qui res præclare gestas literis consignant. Atq; in nostri quidem ævi historia, uti summopere eminet Bellum immane & atrox, quod per annos universos triginta, omnem Germaniam afflixit, ita, qui illud fideliter descripserunt, aut describent adhuc amplius, non pœnitendum operæ pretium referent. Magna ibi rerum admirandarum materies, atque inter alia, quis non imprimis stupeat, & cœlestis Providentiæ gubernationem manibus hic palpet, quod in illa ipsa Pragensi Vrbe, in qua belli incendium initio exarsit, idem, postquam longe lateq; sævierat, & non proxima tantum, sed, & remotissimas Germaniæ regio-

regiones corripuerat, rursus fuit extinctum; & adeo, quod sicut FRIDERICVS V. Palatina gente ortus, facem primus rogo Patriæ subdiderat, ita feralem istam tædam, eodẽ sanguine cretus CAROLVS GVSTAVVS, subtraxit rursus, & immersit Muldæ fluentis? Hunc exitum miserrimi Belli, sic satis pulchre, pro genio Autoris, ejusque, quod Judæos præcipue respiciebat, instituto, persequitur libellus, quem tibi, BONE LECTOR, in tuæ spem gratiæ, exhibemus. Rarum in homine Judæo, ad sui temporis historiam peregrinam componendam animum adjungere, & vix ab alio quoquam sequiorum Seculorum unquam id tentatum. Observavit tamen is Scriptor varia, quæ omnes, qui hactenus postremam Pragensem cladem enarrarunt, latebant, itaque neutiquam spernendam, hanc Commentationem, sed dignam existimavi, in qua interpretanda industriam nonnihil exercerem. Excidere homini nonnunquam, etsi rariuscule, duriora aliqua adversus Suecos; quæ, nemo Sapiens ei vitio vertet, & a Judæo vacuitatem ab affectibus requiret, quam nemo alius Historicorum, undecunque in scenam prodiens, præstitit. Accedit, quod Cæsarem Dominum habebat, quodque Judæi a Suecis militibus multa aspera fuere perpessi. Plurimum autem, ne quid dissimulem, negotii nobis facessivit hæc translatio: quippe Pragensis, qua in lucem liber prodiit, editio, literis longo usu detritis, & in tantum evanidis excusa est, ut legi ægerrime posset. Solicitanda idcirco valde erat oculorum acies, cui nonnihil detrimento sic fuit, difficillimus labor. Tu, his fruere ex sententia, mi LECTOR, & DEVM mecum orare nunquam desine, ut libens volens clemens ac propitius porro sit, & saltem Christianis nobis, eos indulgeat Principes ac Rectores, quibus assidue curæ cordique,

Consulere Patriæ, parcere afflictis, fera
Cæde abstinere, tempus atque iræ dare
ORBI QVIETEM SECVLO PACEM SVO.

ספר

מלחמה כשלום:

בו יכירו וידעו כל באי עולם · סיבות ומאורעות · יגונות ותלאות · פה קק
פראג שעברו עלינו · וכי ראה ה' בענינו. ויהי בקרא יהודי ספר הלזה · יברך
· ברוך שעשה לנו נס במקום הזה · ויתענג הקורא בשמועה טובה מארץ
מרחק · כל השומע יצחק · ויתן שבח והודיה לאל העונה
במרחב יה: חברו כ' יהודא ליב בא"
יהושע ז"ל ·

LIBER

BELLVM IN PACE.

Ex eo cognoſcent intelligentq; omnes, quibus orbem hunc incolere conceditur, Caſus, & Fata, Calamitates, & Infortunia, quæ in Auguſtiſſima hac Pragenſi Vrbe, nos manſerunt. Sed vero, reſpexit DEVS afflictionem noſtram. Itaque, cum quis Judæus hunc libellum perlegit, prorumpat in laudes Divinas, (dicatque:) *Benedictus ſit is, qui nobis oſtenta edidit in loco iſto.* Oblectabitur Lector læto nuncio, ex remotis advolante Regionibus, &, quisquis hæc audiet, lætabitur, reddetque laudes ac grates DEO, qui in ſpatioſis Cœli templis votis noſtris ſolet annuere.

Compoſuit hunc R. Judas Leo
R. Joſuæ f. m. Filius.

שמעו רחוקים ודעו קרובים האזינו
כל יושבי חלד : יסופר לה׳ לדור יבואו
ויגידו צדקתו לעם נולד : אתייא ותמהיא
די עבד עמנו אלהא עלאה שפר קדמכא
להחוים : אני יהודה ליב בלא״א יהושע ז״ל
אצל הגאון הגדול מורינו ורבינו הרב
רבי שמעון כ״ץ ספירא אב״ד וריש מת
מתיבתא דקהילתינו קהלה קדישה פראג
אני הסופר כתבתי זכרון בספר . אח״ח
שמעו לי וזה חזיתי ואספר נפלאות עד
אין מספר : הלא תדעו הלא תשמעו הלא
הגד מראש לכם מפעלות ה׳ אשר שם
שמות בארץ נכרתו גוים נשמו פנותם
בין דם לדם דברי ריבות בשערינו כנ
כמוהם כמונו · צרת ישראל ואומות עולם
היו שותפין בה · בכל הני הרפתקי וטרדין
דעדו עלינו פה קהלה קדישה פראג ·
כאשר עלה הכורת ושר על עיר מבצר·
יבא ויושביה קצרי יד חתו ובשו · הישופר
כי אדבר אם יאמר איש את כל התלאה
אשר מצאתנו ויצלנו ה׳ · בקום עלינו אדם
ולא מלך · לכלותינו כענן כלה וילך : אני
הגבר ראה ראיתי את עני עמי ואת
המעשה אשר נעשה ועיני ראו : ולא תה
שמועה גדולה מראיה אמרתי תכתב זאת

Audite remoti, animadvertite propinqui, auribus percipite omnes mundi hujus habitatores. Narranto de Domino seculis futuris, adsunto (*fideles,*) & nunciantojustitiam ejus populo nascituro. Ostenta & prodigia, quæ nobiscum fecit Deus excelsus, indicare pulchrum est. Ego Judas Leo, Viro Clarissimo Josua b. m. genitus, degens apud Excellentissimum Doctorem & Magistrum R. Simeonem Spiram, judicem supremum, & Archisynagogum sanctæ nostræ Pragensis congregationis, quem Deus misericors custodiat ac tueatur, ego inquam Autor, hanc memoriam libello consecravi. Auscultate mihi, edisseram; &, quæ vidi, recensebo; Prodigia nimirum innumerabilia. Nunquid non cognovistis, annon inaudivistis, annon prædicata fuere vobis opera Dei mirabilia, qui devastationes in orbe edidit? Excisæ fuerunt gentes, anguli ipsorum (*in quibus latitabant,*) devastati, hinc & hinc in portis nostris sanguinariæ disceptatæ lites, qualis Christianorum, talis & nostra fuit conditio, Judæi & Christiani, in calamitate eramus socii. In omnibus, inquam, istis miseriis & insidiis quæ nos obruerunt in sacro hoc nostro Pragensi cœtu, cum veniret Excisor, & Dux (*legionum bellicarum*) urbem munitam invaderet, atque incolæ ejus sederent quasi manibus amputatis, trementes ac pudibundi. An simile quid illis narrari potest, quæ ego percensebo? num valet quis edisserere omnes clades, quæ nos manserunt? e quibus tamen Deus nos eripuit. Insurgebat adversus nos Homo, & non Rex, nos perditurus tanquam nubem, quæ consumitur & disparet. Ego homuncio, vidi omnino afflictionem gentis meæ, & ea, quæ acciderunt, oculi mei intuiti sunt. Fama, visis minor est. Tum dixi; Literis consignentur ista in gratiam posteri-

tatis

לדור אחרון ועם נברא יהלל יה על כן
קרא שמו יהודא את ספר הזה
מלחמה בשלום על שם הפסוק
במלכים א סימן ב וישם דמי מלחמה
בשלום והוא נאה לשמו ושמו נאה לו
על שם המאורע ומעשה שהיה כך היה
כי השלום יצא מתוך ריב ומצה כמאמר
קהלת עת מלחמה ועת שלום · ואם
אמרתי אספרה כמו את כל הקורות
שעברו עלינו מיום שהתחילו ונתהוו גם
המלחמות וסערת העתים בארצו המדינות
לא ידעתי ספורות ואף שאנו מחשבין
את הצרות אין אנו מספיקין וגלל כן
חדל הסופר והרי הוא מקרא קצר ועל
כן אל תזכרו ראשונות · חדשות אני מגיד
לשמוע בקול תודה ולספר כל נפלאותיו
הן הן גבורותיו הן הן נוראותיו ובהא
פליגנא ובהא נחיתנא : אנא כתבי גם
כתיבנא והיבנא למען ידעו דור אחרון
בנים יולדו יקומו ויספרו לבניהם : יושבי
קהלא קדישא פראג במדינת פיהם כי
צוררים היו לנו בנכליהם יביעו בפיהם
חרבות בשפתותיהם . וישאו בני ישראל
את עיניהם ויצעקו אל ה' אלקי אבותיהם.
ואף אלקים עלה בהם ויהרוג במשמניהם

tatis, ut quondam creandi homines, Deum collaudent. Hinc Judas ego, huic libro nomen imposui BELLUM IN PACE, occasione verborum I. Reg. II. *Et redegit sanguines belli in pacem.* Liber iste egregie nomini suo convenit, & nomen quoque optime congruit libro, ob ea, quæ evenerunt, & res, quæ sic gestæ sunt, prout fuerunt gestæ. Namque Pax prodiit e medio jurgio & contentione, dicente sic quoque Ecclesiaste: *Est tempus Bello, est quoq; Paci tempus.* Quod si vero instituam enumerare omnes casus, qui nos impetiverunt, inde, a die quo primum cœperunt invalueruntq; bella & procellæ temporum in his regionibus, non possem inire istorum rationem. Atque etsi nobis Judæis caræ sunt adversitates (*quæ a Deo immittuntur, cum arguant, illum nostri memorem esse,*) nõ tamen tantis malis pares sumus ferendis. Proinde, cohibuit se Autor. Ecce parva hæc est Commentatio, in qua præteritorum nulla mentio habetur. Nova annuncio, ut exaudiantur gratæ prædicationes, & explicentur omnia Divina opera admirãda, (*ac ut dicat quoq;*) ista, ista, sunt potentiæ Numinis argumenta, ista, ista, sunt facta ejus tremenda. In his exordiar, in his desinam. Ego hæc conscripsi, & in vulgus edidi, ut futuris seculis sint perspecta, ut progenies deinde oriunda occupet sese in narrando ea liberis, seris olim Pragæ, Bohemiæ metropoleos, incolis. Etenim, hostes nos dolis aggressi sunt, ore minabantur, gladios eructabant labia ipsorum. Sed Israëlitæ oculos ad cœlum attollebant, invocabant Deum, Numen Patrum illorum. Atque, Dei quoque furor in hostes irruit, occiditque pinguiores ex iis, lingua eorundem contabuit in ore ipsorum, & ocelli in suis scrobiculis. Non deseruit nos Deus noster,

לשונם תמיד בפיהם ושינים בחוריהם ולא
עזבנו אלקינו ויט עלינו חסד לפני אדונינו
המלך ירום הודו ועל כל ישראל בכל
מקומות מושבותיהם · למען יאריך ימיו
על ממלכתו הוא ובניו לבלות בטוב
ובנעימים שנותיהם וישכן ישראל
בטח וישובו אל נויהם
אמן:

effecitque ut benigniter nobis, cæteris que omnibus, ubicunque locorum habitantibus Judæis, faveret Dominus & Rex (*Ferdinandus III.*) cujus gloria ſemper augeſcat: Producat dies in regno ſuo, ipſe Liberique ejus, claudantq; bene & ſuaviter ævum. Quieti degant Judæi, & tandem revertantur ad avita (*terræ Palæſtinæ*) tabernacula.

Amen.

ויהי בימי פרדיננדוס קיסר רומי
הוא נקרא פערדיננדוס השלישי אשר
מאז מתה אשתו בת מלך ספרדי בעיר
המלוכה וויננא בכן תחתה לקח לו
לאשה בת דודו ליפלטוס דוכס הגדול
מעיר אינספרוק ונסע עם כל שריו מ
מעיר וויננא לפה פראג. כי פה התיועצו
כל שריו שרי אוסטרייך ושרים מ
פיהם באיזה פרק ובאיזה מקום שתהיה
החתנה וועצו יחדיו כל השרים לעשות
החתנה פה פראג·

ACcidit, in diebus Ferdinandi Cæſaris Romani, Tertii cognomine, ut, cum in regia Viennenſi urbe mortua eſſet Conjux ejus, (*Maria Anna*, *Philippi III.*) Hiſpaniarum Regis filia, ipſe loco illius ſibi deſponderet filiam Patrui ſui Leopoldi Archiducis Oenopontani, (*Mariam Leopoldinam.*) Ergo Vienna Pragam cum omnibus Optimatibus ſuis inſtituit profectionē, hic enim conſultandum erat Optimatibus ejus, Proceribus nempe Regionis Auſtriacæ, itemque Magnatibus Bohemiæ, ubi gentium, & ubi locorum celebrare conveniret Nuptias, atque conſenſerunt omnes, in hac Pragenſi Vrbe, inſtituendam eſſe panegyrin.

ויהי בארבע עשר יום לאחר שהכינו
קצת לצורך החתנה נהפך רוחם ודעתם
ונסע הקיסר עם כל שריו ועבדיו מפה
פראג לעיר לינץ ושם נעשה החתנה·
ובאותו זמן מת השר צבא של עם הקיסר
נקרא האלץ אפיל כי נהרג במלחמה
במדינת פייארן·

Cæterum, poſt quartum & decimum diē, cum jam quædam nuptiali feſtivitati neceſſaria paraſſent, mentes animique illorum immutati fuerunt, atque diſceſſit Imperator cum omnibus Optimatibus, univerſoque comitatu ſuo, ex hac Pragenſi urbe Linzium, ibique inſtitutæ ſunt Nuptiæ. Sub illud tempus ſuperſtes eſſe deſiit, Dux Legionum Imperatoriarum *Holzapffel*, mortem occumbens in prælio, quod in Bavaria depugnatum fuit.

אז כאשר נסע הקיסר ממדינת פיהם
באו עם שוידן אל המדינה דהיינו
ראש ושר צבא אחד נקרא קיניגש מרק
בא דרך עיר איגרא אשר זה כמו חצי
שנה שלכדו וכבשו עם שוידן העיר
ביד חזקה · וראש שר צבא השני נקרא
וויטן בערג בא דרך מדינת שלעזייא
ויהי המה הולכים אנה ואנה ושוללים
ובוזזים וכמעט שכבשו כל מדינת פיהם
לבד עוד חוץ איזה ערי מבצר אשר
עמדו על נפשם ולא נתנום לבא אליהם:

Postquam Imperator Bohemiam deseruisset, Sueci eam regionem petierunt, atque Dux Præfectusque unius exercitus, dictus *Königsmark*, itinere, quod ab Egra proficiscentibus panditur, adventabat, quam urbẽ ante semestre propemodũ, Sueci vi summa oppugnaverant, ceperantque. Alius item Dux, alterius exercitus, cui nomen *Wittenberg*, ex Silesia huc pergebat, atque hi quaquaversum populando deprædandoque discursabant, totam fere Bohemiam tributariam facientes, solis urbibus munitis exceptis, quæ, animos sumentes, aditu hostes prohibebant.

בעת ההיא היה פה פראג ראש אחד
שר צבא אשר זה כמה שנים השליטו
הקיסר ונתן בידו הממשלה להיות הוא
ראש הצבא על כל בעלי מלחמות שב
שבמדינת פיהם ועל פיו יצאו ועל פיו
יבואו ובלעדו לא ירים איש את רגלו
נקרא יענעראל קלירעדא הוא היה בכמה
מלחמות שנלחם הקיסר ובכמה כבישות
ערים גם אצל כבישת מנטבה היה ב
ראש ושר צבא ועשיר גדול מאוד בב
בנכסים ובממון ·

Ea tempestate, erat hic Pragæ quidam Gubernator, Duxque copiarum, cui ante complures annos Imperator arbitrium rerum gerendarum, & potestatem tribuerat, ut ipse omnibus Legionibus totius Bohemiæ præesset, ac ex illius præcepto moverent sese, & revertentur, nec citra ejus veniam, vel loco pedem quis movere posset. Iste, vocabatur *Generalis Coloredo*: In multis expeditionibus ab Imperatore susceptis militaverat, plurimis urbium occupationibus interfuerat, atque in Mantuana etiam obsidione, duxerat militaria agmina: magnæ illi opes, divitiæque immensæ.

גם היה פה פראג שר צבא אחד ב
נקרא אוברשט לייטן אמט שמיד והיה
ראש על אלף בעלי מלחמות ושר האלף
שמעליו נקרא גראב מקים וואלשטיין
ותמיד היה פה פראג הראש שמיד הנ״ל
הוא ועמו לשמור העיר:

Degebat similiter in hac Pragensi urbe, quidam Chiliarchus, quem vulgo Subtribunum *Schmid* vocabant, cui mille milites subjiciebantur. Hoc superior Tribunus, appellabatur Comes *Maximilianus de Wallenstein*, atq; prædict[o] Schmid, cum suis militibus, assidue Pragæ, ad urbem tutandam, morabatur.

בימים ההם ושבו פה פראג לבטח
ואף שהיו ראשי צבא הכל במדינה לא
אמרו בלבבם יראה נא מפני שני ראשי
מלחמה באמרם הן עם זה לא היה
כי מתי מספר היו יחדיו לערך גג
כמו חמשת או ששת אלפים איש וחשבו
שמבלתי יכולת לכבוש העיר פראג. זולת
בעם רב ובחיל כבד עד למאוד אף גם
עשו עם הקיסר סביב העיר דיק ום
וסוללות ובפרט סביב למבצר ומקום קטן
הבנוי אצלו ככתוב לפנינו עשו סוללות
גדולות עד תוך העיר וכמה שנים עסקו
בבנין הסוללות וממון רב הוציאו לצורך
הבנין יותר ממאה אלף זהובים·

Id temporis, Pragenses incolæ securi victitabant. Etsi enim Suecici illi Duces, quorum facta mentio fuit, in Bohemia castra fixerant, tamen nemo existimabat, aliquod periculum ab istis Ducibus Hostilibus extimescendum esse, reputantes, illorum exercitus ex paucis esse conflatos, atque si junctim summa ineatur, tantum conficere quinque aut sex millia militum. Nimirum, erat omnibus persuasum, impossibile esse, Pragensem urbem, nisi numerosissimis validissimisque subigere copiis. Muniverant quoque Cæsarei urbem operibus, valloq;, & præcipue circa Arcem, ac Micropolin, quæ juxta Arcem condita est, prout infra narrabitur, vallum ingens fecerant, ad mediam usque urbem se extendens. Annos multos in condendis his aggeribus laboratum est, atque impensæ prægrandes in id opus erogatæ sunt, superantes summam centum millium aureorum.

גם היהודים אשר בעיר הוכרחו
לעשות סוללה אחת על הר הלבן אשר
לפני העיר פראג. והיתה נקראת על ש
שמם סוללה של היהודים יודין שנ״ץ
בל״א·

Etiam Judæi, qui urbem incolunt, coacti fuerunt conficere aggerem quendam in Monte Albo, qui est ante Pragensem urbem, isque agger, nomine ipsorum dictus est Agger Judæorum, Germanice, die Judenschantz.

גם עשו עם הקיסר סביבות המים
היא נהר מולטא מפסקת בין המבצר ומקום
קטן הבנוי תחת המבצר ובין מקום ישן
ובין מקום חדש שלעמת המבצר ומקום
קטן עצים ארוכים וגבוהים נעוצים
בארץ שטעקעטין בל״א גם כלי מלחמה

Cæsarei quoque milites, circum fluenta, flumen nimirum Muldam, parabant interseptum, inter Arcem puta, & Micropolim, in imo Arcis conditam, itemque inter Civitatem Veterem & Civitatem Novam, quæ ex adverso Arcis & Micropoleos sitæ sunt, sudes longas procerasque in terram defigentes, Germani Stacketen vocant. Habebant amplius apparatum militarem ingentem; tormenta

הרבה היה להם דהיינו קנים הטריפה
הגדולים גשין בל"א ובלעז אוטלריאה יותר
מששים וגם קטנים נקראים מושקיטן בל"א
לאין מספר ועפר הטריפה מאוד וכל זה
היה בהמבצר פה פראג·

scilicet magna, quæ Germanice Geschütz/Barbare *Artoleria* nuncupantur, amplius sexaginta: Item bombardas, quas Germani Mußqueten appellitant, innumeras; nec minus pulveris nitrati copiam magnam. Atque hæc omnia in Arce Pragensi asservabantur.

אז היה פה פראג. איש אחד של עם
הקיסר והיה דר סמוך לעיר איגרא
והיה ראש על מקצת עם נקרא לייטן
אמפט אדא ולסקי ובעת מלחמה לפני ש
העיר איגרא ככ"ל ירד מנכסיו כי נחרב
ביתו ומקום מושבו בכן בקש מהקיסר
שיתן בידו חמש מאות איש באמר ש
שיודע ומכיר בטוב מבוא העיר איגרא
ושיסיר הקיסר ראשו מעליו אם לוא ימגיר
העיר פתע פתאום בתחבולה אל עם
הקיסר וימאן הקיסר לתת בידו העם כי
ירא כן יבולע הדבר.

Erat tum Pragæ vir quidam, ex Cæsareis, prope Egeranam urbem domicilium habens, turmæ militum præfectus, & Locumtenens, *Odowalskius* vulgo dictus. Is, in obsidione Egerana, cujus supra facta mentio, facultates amiserat, domui enim ejus & loco habitationis, inducta fuerat vastitas. Rogavit igitur Cæsarem, traderet sibi quingentos milites, eo quod probe cognitos ac perspectos habeat aditus, per quos in urbem Egeram liceat evadere, offerens Cæsari conditionem, ut præcidi sibi caput jubeat, nisi illico & confestim per strategema, urbem, ejus exercitui in manus traditurus esset. Sed, renuit Cæsar milites ei credere, metuens ne illos perderet.

ויהי כאשר ראה איש ההוא שלא
נעשתה עצתו ולא עלתה מחשבתו אז
לבש רוח אחרת רוח עועים ובקרבו
ימים ארבו ויהי כאשר יצא יצא ושוב
לבא תמיד אל עיר פראג. וכמעט שם
שתמיד היה מאוכלי שלחנו של השר ה
ומכירא"ל קאלירעדא הנ"ל וראה את ערו
הארץ ומהיכן מנוחה לכבוש בכן נסע אל
הראש קיניגש מרק של עם שוועדן וכ
וכאשר זמם לעשות לעם שבעיר איגרא

Cum autem Vir ille videret, non probari consilium suum, nec succedere cogitata, aliam mentem induit, mentem quidem perversam, & insidias pectore concepit. Egrediebatur Praga, eamque urbem obibat assidue ex sententia, parumque aberat, quin semper in mensa supremi Ducis Coloredo, quem supra memoravimus, cibum caperet. Atque sic explorabat nuditatem urbis, & ubi expugnationi esset opportuna. Profectus igitur ad Ducem exercitus Suecici *Königsmarkium*, &, quod circa præsidiũ urbis Egeranæ meditatus fuerat, contra

כן עשה לעשות הקיסר באמרו הנה תבאו אל עם שקט ובטח הוא העיר פראג אל תעצלו ללכת לכו אחרי כי אתננה ב בידכם·

Cæſaris copias molitur, inquiens: Ecce, adoriemini populum ſecurum, & confidentiſſimum, in civitate Pragenſi. Nolite ſegnes eſſe ad invaſionem. Me ſequimini, tradam illam in manus veſtras.

וישמע אליו הראש קיניגש מרק וילך עם עמו קרוב לאלפים איש במרוצה אחת ביום ומחצה יותר משמנה עשר פרסאות עד בואו לפני העיר פראג. ולא נתנו איש ואשה בדרך לבא ולהגיד בעיר ויבא בליל מוצאי שבת של חזון עד סמוך לעיר פראג·

Obtemperabat huic *Königsmarkius*, & cum copiis ſuis, in quibus bis mille propemodum numerabat, uno itinere, intra unius & dimidii diei ſpatium, octodecim amplius milliaria confecit, donec Pragam perveniret, neque ulli viro aut fœminæ ex via conceſſum fuit, illuc ſe conferre, & hoſtium adventus indicium facere. Appropinquavit autem urbi, nocte, quæ Sabbatum, quo Eſaiæ caput primum in Synagogis prælegitur, excipit,

ויהי היום הוא יום ראשון לשבוע שבעה ימים בחדש אב שנה לא״ טוב״ה לפ״ק הוא היום שנלכדה ירושלים עיר הקודש כב ככתיב בספר מלכים בסימן כ״ה וכדאיתא במסכת תענית בשביעי נכנסו וכו׳ וכמו השחר עלה באו עם שוידן הוא הראש קיניגש מרק על העיר בטח דרך הר ש הלבן אשר אחורי המבצר ובעוד שהיו ·ש ישנים על מטותן לא שמעו קול צונם ל קודם לכן אשתוללו אבירי לב כמו שנתם ובאו עם שוידן בזרוע רמה אל תוך ש המבצר ובראטשין ושטראהויף ובמקום קטן עד שער הגשר של אבנים המפסקת בין המקומות הנ״ל הבנויה על נהר ומ מולטא כאשר אכתוב לפנים עוד והשער של גשר בצד מקום קטן שגרו עם שוידן

Die primo Hebdomadis, ſeptimo Menſis Av, Anno InfeLICI ILLo & afFLICto InsIgnIter, ex re ipſa, numeralibus harum vocũ literis, Epocham noſtram minorem exprimentibus, (Chriſtiani numerabant annum MDCXLVIII.) illo nimirum ipſo die, quo olim, ceu 2. Reg. XXV. & in Maſſechet Taanit proditum eſt, ſanctiſſima urbium Hieroſolyma expugnata fuit, ſub auroræ ortum, venit exercitus Suecicus cui Königsmarkius caput præerat, per viam a Monte Albo, qui poſt Arcem ſitus eſt, ſecurus ad urbem. Cumque etiamnum dormirent homines in cubilibus ſuis, non prius exaudiverunt ſtrepitum invaſoris: prædæ exponebantur cordatiſſimi, quique ſomno ſopiti erant. Brachio igitur elato irruperunt Sueci in Arcem, inque partes urbis quas Ratſchin & Strohof vocant, inque Microcopolin, ad portam usque Pontis lapidei, qui loca jam dicta ſeparat, & flumini Muldæ ſuperſtructus eſt, prout

infra

לבלתי תת יוצא ובא לבא מעיר לעזור
דרך הגשר ממקום ישן וממקום חדש:
גם סגרו ושמרו את מעברת המים כ
כאשר נהגו מאז לעבור המים בספינות
מהמקומות אלו לאלו ·

infra amplius scribam. Cæterum, portam Pontis, quæ est juxta Micropolin, occlusere Sueci, ne quis per pontem, ex urbis Veteri Novoque Tractu, in auxilium itare ac venire posset. Intercludebant quoque & custodiebant trajectum fluvii, ubi quondam navibus ex una Pragensis urbis parte, in aliam, per aquas fiebat transitus.

והראש שמיד הנ"ל שם היה ביתו ב
במקום קטן ויהי כאשר ראה את החיל
קפץ על סוסו ורכב עם מקצת עמו ושם
פניו לבוא אל המבצר אז פגע בחיל
עם שווידן וירא כי לא יכול להם חזר
לאחור ורכב דרך הגשר למקום ישן וי
ולקח עמו בעלי מלחמות רבים אשר ב
כנס ואסף במהירות ולא בעצלתים וחזר
עמם לאחור דרך הגשר וחרף נפשו למות
בחשבו כי יטריף ויציל ולשוב אויבו אחור
ויורו המורים שמה עם שווידן שהיו
אצל השער של הגשר שבצד מקום קטן
ויורו בקנה השריפה ברגלו אחד עד ש
שהוצרך לנוס מפניהם ופנה עורף וג
ובא למקום ישן וסגר בעדו השער של ג
הגשר שבצד מקום ישן וליום המחרת
מת·

Enim vero, Subtribuno Schmid, cujus ante injecta mentio, domus erat in Micropoli. Is simul ac viderat copias hostiles, in equum insilit, & parte militum comitatus, properat, in Arcem se conferre cogitans. Atenim, incidit in turmas Suecicas, cumque animadverteret, quod eas repellere non posset, retrocedit, & per pontem in Tractum Veterem se confert. Ibi adscitis multis militibus quos collegerat univeratque, festinanter sine mora cum iis per pontem se retro convertit, animam neci exponens, ut oppressos eriperet ac liberaret, hostemque reprimeret. Sed, Sclopetarii Suecici, qui ad portam pontis in Micropoli excubabant, jaculabantur bombardis, alterumq; ejus pedem petebant, quamobrem in fugam se dare, & tergum iis obvertere coactus est, post cujus in Tractum Veterem reditum, occlusa fuit porta pontis citerior, ipse vero postridie animam exhalavit.

ועל העם שבמקום ישן וחדש נפל
פחד ורעדה עליהם ולא קמה עוד רוח
באיש אף שלא היו עם שווידן כי
אם מתי מעט קרוב לאלפים איש אע"פי
כן לא מצאו כל אנשי חיל ידיהם כי

Tum Veteris, Novique Tractus incolas, horror tremorque invaserunt, neque ulli animus præsens erat. Quamvis vero Sueci pauci numero, & tantū bis mille circiter essent, nihilo minus amiserant omnes bella-

ונמס כל לב ורפו כל ידים ואעפי כן עשו
במהירות סוללה אחת חזקה גבוה מאוד
על הגשר אצל השער ויתך השער ש
שבכר מקום יען סגור ומסוגר מאוד רק
לא היה להם קנה השריפה הגדולים
להעמיד על הסוללה להורות ממנה כי
כל קנה השריפה הגדולים היו במבצר
ככ"ל וכלם לקחו עם שוידן׃

bellatores manus suas, corda illorum liquefiebant, brachia remissa pendebant. Aggerem tamen fortem præaltumque celeriter excitarunt in ponte juxta portam, omneque vacuum portæ hujus citerioris obstiparunt sedulo. Sed, non habebant tormenta, quæ per aggerẽ disponerent, & e quibus disploderent, omnia enim, ceu prædictum, in Arce erant, eaque Sueci ceperunt.

גם השר קלירעדא הנ"ל שם במקום
קטן היה ביתו והעירו אותו עבדיו משנתו
ויהי כראות את החיל של עם שוידן
וטרם בואם לביתו כם דרך גנות ופרדסים
שאחורי ביתו וברח עם מקצת עבדיו עד
שבא אל המים נהר מולדא הנ"ל ועבר
המים בספינה קטנה ובא בגפו למקום
יען גם שר אחד נקרא גראב סיכנא ב
ברח גם הוא ממקום קטן ועבר גם ש
הוא המים בספינה ובא אל המקום יען
וזולת אלו שלשה שרים הנ"ל שבו עם ש
שוידן כל השרים ופחות ודוכסים וחורי
הארץ אף הכומרים שהיו בכל הראטשין
ובמקום קטן וכל שרי קנצלייא וכל ש
שרי חדר יל"ה גם קרדינאל הוא דוכס
הארץ וכהנה שרים רבים לאין מספר
מלבד ממונם וכספם וזהבם את הכל לקחו
ביום ראשון תכף גם מהמון עם ב
שלמותם מעליהם חלצו וילכו ערומים
וחשופי שת גם מקנה רב לקחו בפרטות
סוסים ומרכבות הרבה מאוד׃

Etiam Pro-Regis Coloredo domus in Micropoli fuit, hunc postquam servi e somno excitassent, atq; is cohortes Suecicas conspexisset, profugit ex ædibus, antequã hostis ad eas pertingeret, per hortos & viridaria, qui post palatium erant, cum paucis familiaribus, ad fluvium Muldam, huncque parva navicula trajiciens, salvus evasit in Tractum Veterem. Alius quoque Comes cui Sichna nomen, similiter ex Micropoli fuga elapsus navigio per aquas in Tractum Veterem pervenit. His tribus memoratis Proceribus exceptis, reliqui Principes, Comitesque omnes, a Suecis capti sunt, Primores nempe regionis, quin & Clerici qui in Ratschino & Micropoli morabantur, ministri quoq; Cancellariæ & Cameræ (quibus Deus benefaxit,) universi, nec minus Cardinalis Comes ab Harrach, ejusque generis Optimates multi, ac pæne innumeri. (*Omnes hos, inquam Sueci*) ceperunt, cum opibus, auro, & argento, derepente, die hebdomadis primo, (*quem Christiani festum agunt.*) Plurimos quoque ex plebe vestibus exuerunt, ut nudi, revelatisque natibus incedere cogerentur. Quin & pecudum magnam copiam, imprimis equorum, accurruum, prædati sunt.

Sed

גם מקצת שרים והמון עם נהרגו
במקום קטן כי באו בעיר לילה והליל ז
רשות למשחית ובפגעם באיש או אשה
וכל שכן בבעל מלחמה של עם הקיסר
המיתו אותו וכן מי שראה והשקיף בעד
החלון עלה המות בחלונו והורו עליו ב
בקנה השריפה וכך נהרג והומת שר אחד
גדול וחשוב נקרא פרנץ שטערין בורג
שהיה עשיר גדול בממון ובנכסים ועלה
המספר של הרוגים שנהרגו במקום קטן
ביום ראשון קרוב לחמש מאות איש ·

Sed & aliqui ex Nobilibus & plebe occisi fuerunt. Nocte enim impetum hostes fecerant, quo tempore Cacodæmon nocendi potestatē habet. Viros igitur quoscunque, fœminasque, & tanto magis milites Cæsareos, in quos inciderant, interemerunt. Etiam cernentibus & prospectantibus e fenestris, per has ipsas mors irrepebat, petebantur enim sclopetis. Atque sic interfectus cæsusque est, Vir quidam Illustris, ac summæ dignationis, cui nomen Franciscus Sternberg, qui multas opes, & ingentes facultates possidebat. Summa vero eorum, qui prima die in Micropoli occisi fuerunt, quingentos prope conficit.

גם אז היה במדינה ראש ושר צבא
אחד של עם הקיסר נקרא גראב פוחם
והיה עמו יותר מאלפי איש כלם אנשי חיל
ואנשים מלומדי מלחמה והיה מתנגד ועומד
בפרץ בכל מקום במדינת פיהם ושלעזיים
נגד הראש וויטן בערג הנ"ל בכן ש
שלחו בעדו השרים שהיו פה פראג ובא
ממקומו שהיה חנה שם עם כל עמו
לכאן עיר פראג·

Erat tum in Bohemia, Dux quidam Legionum Cæsarearum Comes Bucheimius, qui, mille amplius milites, omnes robustos & bello exercitatos, secum habebat, ac passim per Bohemiam & Silesiam, Duci Wittenbergio sese opponens, rupturæ obnitebatur. Hunc evocabant Optimates qui Pragæ degebant, atque is, deserto loco ubi castra posuerat, cum omnibus copiis Pragam se contulit.

גם בעיר טבור עשרה פרסאות מפראג
כאשר תמצא לפנים עוד מזה המקום ש
היה שם ראש ושר צבא אחד נקרא ג
גראב קונטי והיה שם ראש על כמה
מאות איש והיה שם לשמור העיר גם
בעדו שלחו השרים ובא לכאן עם חיי'
לעזור למלחמה בכן היו עם הקיסר בעבר

Porro, & in urbe Tabor, quæ, prout infra quoque docebitur, decem milliaribus Praga distat, quidam Dux erat Cæsareus, Comes Conti dictus, centenis aliquot imperans, & urbis custodiæ invigilans. Istum pariter arcessebant Optimates, qui cum copiis suis adfuit, in bello suppetias laturus. Quamobrem ab una parte Cæsarei, ab altera Sueci, stationes habebant, illis citeriorem

הנה ועם שווידן בעבר שני אלו מפה ואלו
מפה מערכה מול מערכה רק הנהר מולדא
מפסקת ביניהם ומורים אלו על אלו ואלו
על אלו כן היה תמיד יום ולילה.

riorem, his ulteriorem ripam occupantibus, acies aciei objiciebatur, nec nisi flumen Mulda erat interjectum. Pugnabant autem secum invicem displosionibus tormentorum, idque diebus noctibusque continuis.

ואנחנו יהודים היינו בצרה גדולה
כאשר שאנחנו חונים על מקומינו גג
למושבותינו על מקום יען ובתינו בנוים
מכוונים מול המבצר וקרובים אליו ואנו
תמידים נפגעים לבקרים ולרגעים גג
ראשונה כאשר המה מורים בקנה ש
שריפה הגדולים מהמבצר ומהסוללות ש
שבנגד המבצר ועל כן הוצרכנו לדור
בתחתיות הארץ כאשר אכתוב לפנים
עוד וגם כלנו בכלל אין אנחנו פושטים
בלילה את בגדינו והיה לנו היום וגם
והלילה למשמר והפלנו גורל על הכלל כלו
ובכל לילה היו הולכים יותר ממאתים
אנשים ברחובותינו עם כלי זיין לשמור
אצל כל השערים שברחוב היהודים ;
וכמו סך הכל הוצרכו יהודים לשמור
ברחובות קריה׃

Nos Judæos, ædes nostras, ac mansiones in Veteri urbis Tractu incolentes, magna manebant infortunia. Sunt enim ædes nostræ ex adverso Arcis conditæ, illique vicinæ admodum, idcirco cum ex Arce & aggeribus adjectis tormentorum fierent explosiones, primi, quovis diluculo, & in momenta, petebamur. Proinde coacti sumus habitare in locis subterraneis, ceu infra dicetur, neque quisquam nostrum vestes noctu sibi demebat, die noctuque excubandum erat, factaque ab omnibus sortitione, quavis nocte, ducenti amplius viri, armati per plateas obambulabant, ut omnes portas vici Judaici custodirent, atque haud pauciores Judæi, tuendis plateis vacabant.

ויהי ביום השלישי הוא יום תשעה
באב החלו לירות מהמבצר אל תוך ר
רחוב היהודים ויורו בקנה שרפה גד
הגדול אל הבתים ואל המקומות ושומר
נפשו הרחיק מהם וכל אנשים אשר
שוכנים בבתים בשטחים שלישים ור
ורביעים הוצרכו לנוס מביתם ולפנות
מקומם לדור בתחתית הארץ גם כל
איש ואיש הוצרך לפנות מן העליה תבן
קש ועצים׃

Die hebdomadis tertio, Nono mensis Av, cœperunt ex Arce tormentis jaculari in vicum Judæorum, petebantque domos & loca cætera, ut, cui salus curæ erat, inde se recipere compelleretur. Atque omnes, qui in tertiis ac quartis habitabant contignationibus, mansiones deserere & evacuare cogebantur, ac morari in cryptis subterraneis; nec minus ex sublimiore ædium parte stramen, stipulas & ligna removere necesse erat.

גם בתים הרבה גדולים וטובים
מאין יושב אשר פנו עצמם מלדור שם
כי יראו לנפשם מפני שהיו יושבים מול
המבצר ומול הסוללות בכן עשינו אנחנו
בני ישראל זה עם זה חסד של אמת
כאשר ידוע ומפורסם שנתינת הצדקה
וגמילות חסד גדול מאוד בעיר פה ק
פראג. והיו דרים ארבע וחמשה דיורין
בחדר אחד המה ונשיהם ובניהם וכמעט
שחצי רחוב הגדולה של היהודים היתה
מאין יושב.

Sic ædificia multa magna, & insignia, habitatoribus vacua erant; nam, illa deseruerant, sibi metuentes, eo quod Arci & aggeribus objiciebantur. Subveniebamus autem Judæi, alii aliis misericorditer, prout notum & pervulgatum est, eleemosynas magnas, & opera caritatis abundantissima in hac Pragensi urbe fieri. Vnde sæpe quatuor aut quinque patresfamilias, cum uxoribus & liberis, idem incolebant conclave, ac propemodum dimidium ingentis vici judaici, destituebatur incolis.

וביום תשעה באב לעת ערב פגע
מדת הדין בעו"ה בקצב אחד יהודי ונהרג.
מבעל מלחמה אחד מעם הקיסר בקנה
השריפה אצל רחוב היהודים סמוך לבית
הכנסת הישנה אבל תכף ליום המחרת
נעשה נקמה בעזר האל ונתלה הרוצח
על העץ בצווי השרים וראשי המלחמה
אשר סככו אברתם עלינו לבלתי יבא
משחית אל בתינו ית' האל אשר נתננו
למנא חן בעיניהם כאשר גזרו אומר ש
שלכל בני ישראל לא יחרץ איש לשונו.

Eodem nono die, circa vesperam, fatum sinistrum, ob iniquitates nostras, vim suam exercuit, adversus Judæum lanium, qui a milite Cæsareo in vico nostro, haud procul a veteri Synagoga sclopeto fuit occisus. Verum, e vestigio, postridie, per Dei gratiam, vindicta de eo sumta fuit, & suspensus est sicarius in patibulo, jussu Ducis ac Tribunorum, qui, alis suis nos obtegebant, ne latrones ædes nostras invaderent. Benedictus sit Deus, qui effecit, ut gratiosi essemus in oculis eorum, & ut edictum promulgarent, ne quis adversos Judæos vel linguam motitare auderet.

וכן לא היינו יכולין לילך על בית
הקברות בט' באב או בער"ה וי"כ גם לא
היינו יכולין לקבור את המתים כאשר
היה לפנים מפני שבית הקברות הוא כנגד
המבצר והסוללה והוצרכנו לקבור המתים
אצל פתח בית הקברות תכף בכניסה.

Hac ratione non licuit nobis (*secundum mores & instituta nostra*,) cœmeterium adire die nono mensis Av, nec in parasceve diei, qui Annum inchoat, dieique expiationis. Quin, nec mortuos consuetudine recepta sepelire nobis concedebatur, est enim cœmeterium, e regione Arcis, & aggerum. Necesse igitur fuit cadavera prope portam cœmeterii, per quam introitus patet, terræ mandare.

Die

וביום הרביעי עשרה באב לעת ערב
כאשר נשרף בית אלקינו עם שקיעת
החמה היתה סבה מאת ה׳ בעו״ה וכאשר
הירו עם שווידן ממקום קטן אל
תוך רחוב היהודים עם קנה שריפה
אחת גדול שקורין מערשיר בל״א גם
ובתוכו משומים כלי משחית נקרא ב
פייאר קוגיל בל״א ויהי כאשר נפל אותו
משחית לארץ לא ידעו היהודים משפטו
וטיבו ומהותו של אותו משחית רק שמעו
שטוב לכסותו עם עור אחת שרויה ב
במים כי הוא משפטו ופעלו לקררו ל
לבלתי השחית והיהודים כמו עשרה
אנשים קרבו עצמם אל כלי המשחית
ההוא וגילו קצת מן העור שכיסו עליו׳
גם אמרו שאיש אחד דחה בו בקנה
וברגלו אז נפקע אותו כלי משחית ו
והוא בעצמו ומתוכו התיז חתיכות ברזל
כי אותן פקעים חלולים המה
ובתוכו משומים כל מיני משחית עם עפר
השריפה וגפרית וזפת ונראה לי הכותב
שיוכל לומר רמז ממה שאמר דוד ע
המלך ע״ה בתילים ס״ד דרכו חצם דבר מר
והתחיל ואמר בפסוק שלאחריו לירו[illegible]
במסתרים תם ר״ל בתחלה אמר שדרכו
חצם על יתר כוננו להשחית כחץ שעל
הקשת ואמר אח״כ בפסוק האחר לירות
במסתרים תם הוינו ירייה אחרת בל
ירייות החץ האמור רק לירות באש לא

Die quarto supra decimum mensis Av, quo olim conflagravit Domus Dei nostri, circa vesperam, occumbente jam Sole, Numen supremum causam aliquam, ob peccata nostra gravia, in nobis quæsivit, & reperit. Jaculantibus enim Suecis ex Micropoli, petiere vicum Judaicum cum machina bellica quam Germani Mörsner appellitant, & cui telum noxium, Feurkugel Germanice dictum, indiderant. Istud telum, cum in terram prolapsum fuisset, ignorabant Judæi quæ illius qualitas, facultas, ac vires essent, tantum inaudiverant, conducere, ut pelle aquis humectata operiatur, nam sic frigefieri, ne nocere queat. At, Judæi circiter decem, isti telo ultro accedebant, laciniam pellis, qua tegebatur, sublevantes. Quin, ajunt, quendam ex iis, scipione & pede illud impulisse. Ibi disruptum est telum hoc, evomuitque segmina ferri. Sunt enim globi illi intus cavi, repleti omnis generis rebus lethiferis, pulvere item nitrato, sulphure, ac pice. Atque, mihi Autori, fit verisimile, dici posse, esse ad eam rem allusionem in verbis his Davidis f. m. Pr. LXIV. *Tetenderunt sagittam suam, rem amaram.* Subditque mox, commate sequenti: *Ut jaculentur in absconditis integrum.* Scilicet, in principio ait, ipsos intendisse nervum cum sagitta. Nimirum vult, eos tanquam sagittam arcui impositam, intentos fuisse ad exitium. Postea commate proximo addit: *ut jaculentur in absconditis integrum.* Ista jaculatio diversa est a jaculatione sagittæ, de qua præcesserat, innuitque jaculationem ignis, quem nemo inflat, atque is est pulvis nitratus. Neque vero indicare vult, jaculationem

כפח הוא עפר השריפה ואין רצונו ש
שהויריה היתה בהסתר שהרי כהפוך הוא
שמשמעת קול אדיר וחזק ע״י עפר הש
השריפה אלא רצונו לומר שהפקעת ב
בעצמו היה בו דבר נסתר ומכוסה
מן העין שאין האדם הקרב אליו יכול
להיות נשמר ממנו וכמעשה שהיה בע
בעו״ה בכן כאשר נפקע התיז הפקעת
עצמו ומתוכו חתיכות ברזל ועופרת על
אותן אנשים שעמדו אצלו ונהרגו סביביו
תשעה אנשים לקצתם נפצע מוחם וג
ונפלה מח מחוץ להגלגולת ולקצתם
נקטע ידם ורגלם ונפקע כריסם ולקצתם
הודק כל גופם ומעכו כל איבריהם
ומתו מיתות משונות ואכזריות המה הי״ד
ויותר מעשרת אנשים ניזקו בידיהם
וברגליהם והכלי משחית בעצמו שנפקע
נשל ממנו חתיכות בחלונות ובחומות
אשר הוא חידוש גדול ופליאה נשגבה
לראות החורבן שנעשה ע״י אותו כלי
משחית׃

factam esse in occulto, nam contrarium potius obtinet, cum edat pulvis nitratus sonum ingentem & vehementissimum: sed, hoc vult; ipsi globo inesse rem occultam & ab oculis remotam, quæ, neminem accedentem illæsum esse sinit, & prout, eheu! evenerat, ob nostra peccata, in facto quod narravi. Cum enim rumperetur globus, evomebat ex sese suique medio ferri & plumbi frusta, in illos homines qui adstabant, ut novem numero interimerentur, quorum aliquibus fissis capitibus cerebrum e cranio fuit excussum, aliquibus manus pedesque avulsæ, venterque ruptus est: quibusdam corpus compressum, & omnia membra conquassata fuerunt, ut morte misera ac funestissima perierint. Tu Deus, ultor esto sanguinis illorum! Insuper plures decem in manibus aut pedibus eorundem læsi fuere, atque globus iste lethalis, cum ultro crepuisset, frustilla in ædium fenestras & parietes jactabat, eratque res stupenda & mira admodum, videre stragem, quam fatale illud telum ediderat.

גם תכף ומיד לאחר שהורו עם ש
מווידן פעם אחד במשחית הנ״ל וידעו
והכירו כי השחיתו התעיבו עלילה הורו
במהירה פעם שנית ונפל הפקעה על
בית אחד וכל החדרים שבבית ההוא
את כיפות שבבית נחרבו ונהרסו עד
היסוד אך לא היה בהבית שום אדם

Simul ac vero Sueci ferali isto telo primum uti cœperant, illico cognoverunt ac perspectum habuere, magnam se cladem intulisse, itaque mox iterum jaculati sunt, ceciditq; globus super domum quandam, cujus omnia conclavia, & ipsi adeo fornices, eversi destructique fuere funditus. Verum non inerat quisquam illis ædibus, postquam enim viderant habitatores vastitatem,

כי מיד שראו החורבן שעשתה הראשונה ברחו מהבית שהיה קרוב לשם במקום שנפל פקעת הראשונה·

quam prima induxerat jaculatio, e vestigio deseruere ædes illi loco vicinas, ubi globus ceciderat.

אז היתה צרה גדולה ובהלה עלינו היהודים ונפשינו נבהלה מאוד כי אמרנו כלנו מתים ותמנו לגוע כי חשבנו שמתו האנשים מחמת שהורו עליהם עם שווידן בכוונה אל מול פניהם ולא ידענו שהם גרמו לעצמם כל זאת והמה חייבו גם בנפשותם בעבור שגילו והסירו העור מעל הפקעת כנ״ל בכן נסנו באותה לילה כולנו כאחד לבתי כנסיות אף הנשים והטף ונצומה ונבקשה מאלהינו על זאת ואומרים סליחות תפילות גם ובקשות ותהילים כל הלילה קול גם יעקב בדרדקי דבי רב תמיד לא יחשה גרונם כמו כן כל יודע ספר ומי יודע ישוב וינחם ואנשים ונשים מרבים צדקה בכופר נפש איש עשרו והדל לא ימעיט גם בקשנו מחילה זה מזה וכל בית גם ישראל יבכו את השריפה אשר שרף ה' ובודאי שעלתה צעקתינו למרום גם ולפני אדון כל·

Tum temporis, nos Judæi, in summa calamitate & discrimine versabamur, & animæ nostræ erant perturbatissimæ, unaque omnium vox fuit, periimus cuncti, & fata ultima nobis imminent. Credebamus enim homines illos (supra memoratos) mortuos esse, quod Sueci data opera in capita ipsorum jaculati essent, neque noveramus, eos sibi ipsis procurasse exitium. At illi, suæ mortis rei erant, quia retexerant ac removerant pellem a globo. Quamobrem, ea nocte, omnes, facto agmine, cum mulieribus quoque nostris & puerulis, in Synagogas confugimus, jejunabamus, Deum deprecabamur, Litanias, preces, supplicationes canentes tota nocte. Vox & clamor Jacobæus continenter ex discentibus apud Magistrum audiebatur: ne tantilla quidem quies concessa gutturi illorũ, literarum periti, sacris studiis vacabant, qui malefacti alicujus sibi conscii erant, de admisso dolebant, & ad meliorem frugem revertebantur, virique ac mulieres, multas erogabant eleemosynas, ut animas suas redimerent, tam divites, quam pauperes, pro suis quisque facultatibus. Insuper, mutuo alii ab aliis veniam petebamus, universaque Judæorum congregatio deflebat incendium, quod Numen excitaverat: certumque est, clamores nostros pervasisse in æthera, & ad universi hujus Rectorem.

גם הרבה נשים יולדות שהיו בתוכן מול המבצר כמו וברחו אל הבתים אחרי' אף תוך שלשה ימי' ללידתן גם לא התפללנו

Etiam multæ puerperæ, quarum ædes e regione Arcis erant, eas deserebant, in alias se recipientes, nondum triduum partu levatæ.

Quin,

בשלשה בתי כנסיות הסמוכים ומכוונים
מול המבצר והסוללת.

Quia, nec precari nobis licebat, in tribus illis Synagogis, quæ Arci propinquæ, & ex adverso illius, aggerisque sitæ sunt.

וביום השבת פרשת משפטים היתה
שריפה בין העצים הארוכים נעוצים ב
בארץ כנ״ל והוצרכו היהודים ללכת שם
לכבות האש והורו עליהם עם שווידן
מהמבצר וניזק נער יהודי ברגל אחד
וחתכו הרופאים את רגלו ולאחר שמנה
ימים מת הנער הי״ד·

Luce Sabbatica, qua prælegitur Pericope משפטים corripuerat ignis sudes illas præaltas in terram defixas, de quibus supra dictum est, atq; coacti fuerunt Judæi, eo se conferre, & ignem restinguere. In hos Sueci ex Arce jaculabantur, læsusq; ex iis in pede uno puer est, cui Medici pedem præciderunt, verum, octavo post die, mortem oppetiit, DEUS ultor esto cædis hujus!

ושמו עלינו שרי מסים לשלוח בכל
יום אנשים רבים לבנות דיק וסוללות
סביב החומה של מקום חדש ומחוץ לעיר
על פני השדה לעשות חפירות גדולות
בארץ והיינו בסכנה גדולה כאשר רבים
נזוקו ותעל שוועתינו אל האלקים מן
העבודה גם הוצרכו להיותינו תמידים
כסדרן הולכים ומזומנים ברחובות קריה
כאשר יפול שם האש ושם יהוה איזה
שריפה בבית גוי שהיהודים יהיו שם
ראשונים עם כלים וכדים של מים ל
לכבות האש·

Cæterum, imperabant nobis Quæstores, ut quotidie plurimos nostratium mitteremus ad faciendum fossam & aggerem, circa mœnia tractus novi, & ad effodiendum extra urbem, per campos, foveas ingentes in solo. Eramus igitur in magno periculo, multi enim læsi fuerunt, nostriq; questus, ob labores tam asperos, Numen petebant. Amplius, oportebat nos semper per plateas urbis paratos ac dispositos esse, ut si aliquo ignis cecidisset, ac in Christiani cujusquam domo excitatum esset incendium, primi Judæi cum vasis & hydriis aqua repletis accurreremus, ad incensionem restinguendam,

ובעבור שאנחנו שה פזורה ישראל
האחד לוקה וכולן מרגישין וכלנו זה
בזה ערבים לפיכך אנחנו חייבים אם
קצת אחינו בית ישראל נפוצים טרודים
מעונים ונלחצים ליסורים בלבותם לצער

Enim vero, quia nos Judæi, ovium dispersarum instar sumus, atque uno vapulante, omnes dolorem concipiunt, quia insuper alii pro aliis fidejussionem subivimus, itaq; qui cordati ac (*viri boni*) audire volumus, cum ex fratribus nostris aliqui conculcantur, opprimuntur, affli-

בצרתם · וכן עשו מנהיגינו קצינינו על
פי הרב השתדלות אצל השררה יר״ה
ונתנו בכל יום פדיון הנפשות העושות
בקרב הארץ דיק וסוללת ככ״ל וישלחו
בני ישראל מן המחנה ומן עבודה קשה
בחומר ובלבנים ככ״ל·

affliguntur ac cruciantur, cogimur nos quoque persentiscere eorundem ærumnas. Hanc ob causam Primores atque Antitistes nostri, communi cœtus consensu, apud Magistratum (cui DEVS benefaxit!) studium suum interposuere, atque lytron quavis die pro iis solvebant, qui in imo terræ, fossam ac aggeres parare cogebantur; sic ergo dimissi sunt Judæi, ex catervis operantium, immunesque fuere a duro labore argillaceo ac lateritio.

וביום החמישי אחד עשר יום לחדש
אב כאשר שמע הראש וויטן בערג שכבש
הראש קיניגם מרק המבצר ומקום קטון·
גם ראה שהמתנגד שלו הוא הראש שר
צבא גרף פוחס הלך וברח מעליו אז בא
הראש וויטן בערג עם ארבעת אלפים
איש ועבר דרך עיר ברנדייס שלשה
פרסאות מפראג והיה שם במבצר ראש
אחד עם מקצת עם הקיסר וירא לש
לשבת שם וברח גם מהמבצר טרם שבא
בא עם שוועדן לשם וגם אל מבצר אחר
נקרא טעטשין כאשר תמצא לפנים עוד
ואז בא לשם הראש וויטן בערג והניח
שם מקצת עמו ושם פניו לבא על עיר
פראג.

Die hebdomadis quinto, qui erat undecimus Mensis Av, cum audivisset Campiductor Wittenbergius, expugnasse Konigsmarkium Arcē Pragensem cum Micropoli, quin & eum, qui sibi hactenus obstiterat, Rectore copiarum Cæsaris, ComitemBucheimium discessisse, & aufugisse, ibi, cum quatuor millibus militū, recto itinere ad urbē Brandeis se confert, quæ trib. milliaribus Praga distat. Inerat hic Arci, cum aliquibus Cæsareis, Tribunus quidam militaris, verum is metuens illic persistere, non expectato Suecorum adventu, in pedes se conjicit, ac fugam capessens, evadit in munimentum quoddam, cui Tetschin nomen, illiusque infra etiam mentio injicietur. Tunc urbem ingressus Wittenbergius, & parte militum ibi relicta, Pragam contendere instituit.

בכן בלילה של מחרתו יום הששי י״ב
אב בא הראש וויטן בערג לפני העיר
פראג מצד מקום חדש ובנה מצור על
העיר ודייק וסוללות וביום א׳ י״ד אב ש
התחיל לירות בקנה השריפה הגדולים
מן ההר הגדול שהתלויים נבנית עליו

Proinde, nocte postriduana, sexto nimirum die hebdomadis, & duodecimo mensis Av, accessit Wittenbergius ad urbem Pragam, ubi ejus Tractus Novus est, ac munimentum contra eam struxit, fossa & aggeribus circumdatum. Mox, die Christianis Sacro, &, qui mensis

נקרא גלגן בערג. בל"א ובשני ימים
הורו אל תוך העיר ועל החומה יותר
מאחד עשר מאות יריות בקנה השריפה
הגדולה ולא הועיל לו ונסע מעל העיר
ואז בנה לו גשר של עץ סמוך לכפר
ליבנא רחוק תחום שבת מפראג ע
ועבר המים נהר מולדא אל המבצר לראש
קניגש מריק ושם נעשו לעם אחד ונועצו
יחדיו:

Av sextus erat, cœpit jaculari tormentis majoribus ex monte edito in quo patibulum ædificatum est, quique Germanice dicitur der Galgenberg / atque bidui spatio in urbem & mœnia ultra undecies centenos ex majoribus tormentis fecit impulsus, verum, nihil proficiebat. Recessit igitur ab urbe, & prope pagum Libna, qui itinere tantum Sabbatico (*vel horæ intervallo*,) a Praga distat, pontem ligneum sibi struxit, atque sic fluvium Muldam trajiciens, in Arcem ad Konigsmarkium delatus est, ibique, & copias in unum contulere, & consilia.

אז היתה תמיד מלחמה גדולה בין עם
הקיסר יר"ה ובין עם שווידן אלו מזה
ואלו מזה ועם שווידן רצו לקחות ול
ולכבוש ביד חזקה אי הקטן שבתוך
הנהר מולדא נקרא קליין פנידג. בל"א
והיא באמצע הנהר מול מקום ישן ומול
מקום קטן וצריכין לעבור אליו בספינות
ובכל לילה באו שם עם שווידן בספינות
וברפסודות ועם הקיסר עשו שם דיק
וסוללות גבוהות וחזקות מאוד והורו עם
קיסר עליהם תמיד בקנה השריפה ש
הקטנים שקורין מושקיטן בל"א עד שהיו
מבריחין אותן מעליהם ורבים מעם שווידן
נהרגו ונטבעו כן היה תמיד עד ראש
חדש אלול:

Erat tum perpetuo pugna maxima inter Cæsaris, (quem DEUS prosperet) & Suecicos milites, illis hinc, his, inde præliantibus. Atque volebant Sueci manu armata occupare & subigere, Insulam parvam quæ in flumine Mulda jacet, quam Germanico sermone klein Venedig appellant. Ea, in medio fluminis sita est, inter tractum urbis veterem, & micropolin, ad quam non nisi navibus datur accessus. Proinde Sueci tota nocte navigiis ratibusq; descensum facere moliebantur: sed Cæsarei fecerant ibi propugnaculum, & aggerem altum validumq; atq; indesinenter ex bombardis quæ Germanis Mußketen dicuntur eos petebant, usque dum in fugam illos conjecere, multique ex Suecis occisi, aut undis submersi fuere. Atque hæc semper, ad principium usque mensis Elul, sic fuere continuata.

אז בנה הראש קיניגש מרק על הגשר של
אבנים שבין מקום קטן למקום ישן
וחנם היה הגשר הבנוי זה כמה מאות

Cæterum, ponti lapideo ante Secula aliquot structo, qui micropolin, & veterem, novumque tractus interjacet, ponti inquam illi, elegan-

שנים בנין מפואר ונאה מאוד לשם
ולתפארת כאשר תמצא בספר צמח דוד
חלק שני בשנת ת״תקך לאלף החמישי
ובנה עליה בנין של אבנים חזק מאוד
לארך כחלק שלים מהגשר מצד מקום
קטן והעמיד עליו קנה השריפה הגדולי׳
להורות מעליו על מקום יפן ועל אי הקטן
הנ״ל ועם הקיסר אין לאל ידם למחות ע
מלבנות בנין ההוא כי לא היה להם
קנה השריפה הגדולים רק קטנים כנ״ל
ואף שפעם אחד נמצא להם שלשה קנים
השריפה גדולים חלודים ישן נושן בכיפה
מתחת לארץ ובקשו לנסותם להורות ע
מהם ויהי כאשר הורו עם הקיסר מן
האחד שנים או שלשה פעמים נפקע
הקנה לחתיכות הרבה וחשבו זאת לרוע
מזל ושנים הנותרים לא הצליחו לכל·

elegantis ac pulcherrimæ fabricæ, clarissimique ac visendi operis, cujus mentio parte 2. libri Zemach David, in anno supra quinquies millesimum nongentesimo vicesimo habetur, cœpit inædificare Konigsmarckius juxta Micropolin structuram lapideam robustam admodum, secundum pontis longitudinem, ita ut tertiam illius partem fere occuparet. Huic tormenta majora imponebat, ut ex illis veterem tractum, parvamque, cujus jam modo meminimus, Insulam impeteret. Neque poterant Cæsarei structuram hanc impedire, destituebantur enim majoribus tormentis, & solas bombardas ad manus habebant. Repererant quidem tormenta tria ærugine obsita, & vetustissima, in fornice quodam subterraneo, atque horum in jaculando periculum facere volebant, sed, cum uno ex his, bis aut ter usi fuissent, comminutum fuit in partes multas, quod malum omen interpretabantur, duo vero reliqua, nihil quicquam profuere.

גם עשו עם שווידן על הגשר של
אבנים בנין של עץ מרובע שקורין בלאק
הויז בלא לאחר שעשו בנין של אבנים
כנ״ל ותמיד בכל לילה התקרבו עצמם
עם שווידן אחורי זה הבנין של עץ
לצד מקום ישן לכבוש לקחת הסוללה
מעם הקיסר שבצד מקום ישן והבנין זה
עשו על עגולים כענין שיוכלו לגלגלו
כאשר תמצא לפנים כתוב עוד והיה להם
הבנין הזה למגן ולחומה:

Fecere insuper Sueci in Ponte lapideo, cum structuram saxeam absolvissent, ligneam fabricam quadram, quæ Germanis Blockhauß dicitur, atque hac tecti, quavis nocte, veteri urbis tractui appropinquabant, ut aggerem a Cæsareis ibi excitatum, caperent, expugnarentque. Ista structura, lignis teretibus incumbebat, ut e loco in locum devolvi posset, prout infra amplius narrabitur, eratque illis pro clypeo, muroque.

בכן הורו עם שוודן תמיד בכל יום
מהבנין של אבנים שעשו על הגשר וג
והורו על האי הקטן שבתוך הנהר גם
הורו על שני מגדלים של מקום חדש ושל
מקום ישן הבנוים לשם ולתפארת בתוכם
גלת עלית וגלת תחתית נקראים וואשיר
טארין בל"א להביא משם המים אל מקום
שהאדם חפץ והורו על אלו שני מגדלים
יותר משלשת אלפים יריות ולא יכולו כב
להשחית הגלות והבריכות שבתוכם רק
בהחומות נעשה היתך קטת וכן בהמגדול
הוא השער של הגשר שמצד מקום ישן
הורו עליו מאוד להפילו לארץ ולא יכולו
כי הוא בנין חזק מאוד רק בהחומה של
המגדול מול מקום קטן נעשו פרצות ג
גדולות עד להשחית ואח"כ כאשר שקטה
הארץ בנו עם הקיסר תחת המגדל א
עמוד · אחד לסעדו ולתמכו ·

Sic vero Sueci omnibus diebus, continuas ex fabrica hac lignea, quam ponti superstruxerant, in Insulam fluvialem parvam, fecere jaculationes. Petebant quoque turres duas, quarum una in Novo, altera, veteri urbis tractu, decoris ac ornatus causa conditæ, quibusq; superior & inferior aquæductus continetur, unde ex re, Germanice die Wasserthürne vocantur, potest enim exinde, quocunque collibitum est, aqua derivari. Atque has binas turres, ter mille amplius petivere ictibus, verum non poterant corrumpere ductus, qui ibi sunt, & aquarum receptacula, tantum in pariete facta fissura parva est. Sic quoque turrim, quæ in ponte, juxta tractum veterem, portam facit, creberrimis verberabant jaculationibus, ut eam in terram dejicerent, sed frustra erant, est enim fabrica insigniter fortis, tantū in parte turris quæ Micropoli obvertitur, rupturas tā magnas fecere, ut prope corrumperetur. Hinc cum quievisset terra (*ac reddita pax fuit*,) subjecerunt Cæsarei turri illi columnam, ad eam roborandam ac fulciendam.

אז נשלח לעם שוודן לשם פראג
מעיר לייפסק שבמדינת מייסן כי זה
שנתיים שצרו עם שוודן על עיר הזאת
והיתה העיר במצור עד שהשו שכמם
ונתנו עצמם למס עובד בכן שלחו משם
עגלות רבות טעונות מעפר הסריפה הרבה
מאוד ועוד שאר כלי מלחמה ויודע הדבר
לעם הקיסר וישימו להם אורבים על ש
הדרך אצל המבצר החזק הנקרא טעטשין
בכ"ל ונגברה עליהם יד עם הקיסר ויהרגו

Sub idem tempus Suecis Pragensibus ex urbe Lipsia missæ fuere suppetiæ. Est vero Lipsia Misniæ civitas, quam, ante biennium Sueci obsederant, fuitque in angustiis ea urbs, quoad humeros submisit, Suecisque vectigalis facta est. Hinc igitur submissi fuerunt curr9 multi, plurimo pulvere nitrato onusti, alisque armis bellicis. Ea res cum Cæsareis innotuisset, in via prope Arcem Tetschin quosdam in insidiis collocarunt, atq; hi superiores evasere

מהם רבים וכל עפר הטריפה הציתו
באש וימותו רבים מעם שווידן יותר
מעפר הטריפה מאשר נהרגו בחרב׃

sere, cæsaque bona parte Suecorum, omnem nitratum pulverem incenderunt, atque Suecorum plures ex nitrato pulvere periere, quam gladio.

ביום השני ערב ר״ח אלול נסע
הראש שר צבא וויטן בערג מפה עיר
פראג מהמבצר הוא וכל עמו וחלף ועבר
בדרך על המבצר נקרא קאנישי רחוק
חמשה פרסאות מפראג בנוי על הר גבוה
תלול ומסרו ונתנו לו עם הקיסר
המבצר מרצון טוב כי היו שם מתי
מעט ולא יכלו להלחם נגדו׃

Die secundo hebdomadis, pridie, Kalendas Elul, discessit ex Pragensi Arce Copiarum ductor Wittenbergius, cum omni militum suorum manu, atque dum sic regreditur, invadit in itinere munitissimam arcem Kanfisch, quinque milliaribus Praga distantem, quæ monti aut colli prærupto est superstructa. Eam libentes volentes Cæsarei illi tradiderunt, erant enim ibi pauci numero, neque poterant adversus ipsum depugnare.

ויסע ביום ההוא ובא עם כל
חילו לפני העיר טבור רחוק עשר
פרסאות מפראג כנ״ל והעיר חזקה ובצורה
יושבת על ההר והיתה העיר במצור
עד יום ראשון חמשה ימים לחדש אלול
בכן בהשכמה קודם עלות השחר הרעים
ברעש ורצו עם שווידן בסולמות על
חומות העיר ולכדו העיר ביד חזקה
ומתי מעט נפלו מעמו ושלל ובזז את כל
חיל העיר רכושם וממונם את הכל לקח
גם חפרו ומצאו כל אוצרותם וכל
אנשי העיר למאיש ועד אשה והטף
חלצו ופשטו כתנותם מעליהם׃

Eodem die, cum omnibus copiis suis adoritur oppidum Tabor, decem ab urbe Praga milliaribus remotum. Locus is validus & munitus est, in monte situs, eumque ad diem usque Solis, qui quintus erat mensis Elul, tenuit obsessum. Tum antelucano tempore nondum sole exorto, summo opere facta est oppugnatio, atque enitebantur Sueci per scalas in muros oppidi, idque per vim cepere, paucis suorum amissis. Mox diripuerunt ac prædati sunt urbis omnem substantiam, ac opes & facultates universas abstulere, quin & terram fodientes, multosque thesauros repererunt. Cæterum incolas omnes, viros, fœminas, parvulos, detractis etiam subuculis, nudos reliquerant.

גם היהודים שמה היה כל אוצרותם
וחילם נשלל ויהודי אחד נהרג בתוך
המהפכות וקצתם נפצעו בראשם גם

Etiam Judæorum ibi opes ac divitiæ prædæ fuerunt, atque in illo tumultu cæsus unus est, aliqui in capiti-

שלשה ספרים תורות קרעו עם שווידן
לקרעים הרבה וכל היהודים אשר היו שם
לערך מאה וחמשים נפשות נתנו תפוסים
בבית אחד וראש אחד מאנשי הצבא הוליך
עמו שבעה אנשים יהודים תפוסים מעונים
בכבלי ברזל ובערום ובחוסר כל קהלה
קדושה פה פראג פדו אותם מן ש
השבאים.

capitibus vulnera acceperunt. Insuper Legis Sacræ Volumina tria, Sueci frustatim conciderunt, omnesque Judæos, qui centum quinquaginta ibi erant numero, captivos in domum quandam inclusere; ac quidam ex tribunis militaribus abduxit secum Judæos septem, compedibus ferreis constrictos, nudos, & egentissimos, quos universus sacer Judæorum cœtus Pragensis, ex captivitate redemit.

בכן חזר ונסע הראש וויטן בעריג
מעיר טבור וישם פניו לחזור ולבא אל
המבצר פה פראג והניח בעיר טבור
כמו שש מאות איש ואז בחזורו מצא ב
בדרך מעם הקיסר לערך שש מאות איש
פתאום חונים על השדה לקחת תבן ו
מספוא לסוסים ובבואו נפל לסוסיהם
ושבה מהם רבים והנשארים נסו ונתפזרו
הנה והנה עד שלא נותרו שנים ש
יחדיו.

Dehinc, Dux Copiarum Wittenbergius, ab oppido Tabor retro ire, atque in Arcem Pragensem reverti constituit, relictis in Tabore oppido sexcentis militibus. In hoc reditu, incurrit in sexcentos milites Cæsareos, qui in campis palabantur, paleas, pabulumque equis suis quæritantes. Proximior ergo factus, ex improviso in eos irruit, multosque cepit, reliquis hac illac fuga dilapsis, atque sic dispersis, ut non duo simul evaderent.

ובערב ר"ה ת"ט לפ"ק הורו עם ש
שווידן פתע פתאום מהסוללת שבצד ש
המבצר אל תוך רחוב היהודים בקנה
השריפה הגדול ועמו היזק במקצת ב
בתים גם איזה אנשים נזקו מהצרורות
שכיתו על פניהם אבל לא נזקו בגופם
ומשקלו הפקעת (קוילן בל"א) והיה משקלם
ארבעים ושמנה ליטרות גם הורו עם ש
שוידן אל תוך רחוב הגוים ופגע הפקעת
בבית תפלה אחת ונהרג שמה גוי אחד
ורבים נזקו שמה.

Pridie novi Anni quem quadringentesimum & nonum secundum minorem calculationem numerabamus, jaculabantur Sueci derepente ex aggere Arci contiguo, in vicum Judæorum tormento majore, intuleruntque damnum quibusdam ædibus. Etiam viros quosdam fragmina lapidum, quæ in vultus eorum insiliverant, læsere, corpori tamen cætera nullum nocumentum illatum est. Librarunt autem globum, Germanis Kaulen dictum, eratque pondus ejus libræ octo & quadraginta. Iaculati sunt etiam in quandam plateam Christianis habitatam, impetente globo templum quoddam, ibi trucidatus Christianus unus est, plurimi vulnerati fuere.

Dic

גם ביום ג׳ ו׳ תשרי הורו עם שווידן עוד מהסוללה הסמוכה להמבצר אל תוך רחוב היהודים בקנה שריפה [הגדולה ועשו היזק בכמה בתים וחדרים הרבה נ נפלו ונהרסו על היסוד גם הרבה תנורים של בתי חורף גם חלונות רבים נפלו ונ ונשברו מקול רעש גדול אדיר וחזק ונ היינו אנחנו יהודים בצרה גדולה מאוד כי אותן פקעים נקרא גראנטין חלולים כלל ונעשים להשחית השחתה גדולה ו וירו באותו יום שנים עשר פעמים אבל לא ניזק אדם בגופו תל׳·

Die hebdomadis tertio, sexto mensis Tisri, iterum ex aggere Arci vicino, in vicum Judæorum tormento fecerunt Sueci jaculationem, magnumque damnum multis ædibus ab iis illatum est, ita ut quædam habitacula collaberentur, & ad fundamenta usque destruerentur. Etiam hypocaustorum fornaces multæ, itemque fenestræ longe plurimæ, ruinam passæ sunt, ex fragore immenso ac vehementissimo. Tum nos Judæi in extremo versabamur discrimine, ob globos illos lethiferos, intus cavos, Granaten dictos, qui, ad magnam stragem edendam confecti sunt, &, de quibus supra dictum est, ac quorum illa die duodecim jaculationes Sueci ediderant. Verum, Numinis benignitate, nemo hominum in corpore læsus fuit.

בימים ההם נסע הראש קיניגש מ מרק מפה פראג מן המבצר ונסע עם כל עמו לפני המבצר החזק הנקרא טעטשין רחוק תשעה פרסאות מפראג והמבצר ההוא נבנה אצל שפת הנהר מ מולדא ובנוי על ספר מדינות מייסן והיה המבצר במצור שלשה ימים אח״כ נתנו ומסרו לו עם הקיסר המבצר ברצון טוב ובנפש חפצה·

Diebus illis discessit Dux Konigsmarckius cum omnibus copiis suis ex Pragensi Arce, petiitque Arcem munitissimam Tetschin, novem milliaribus Praga dissitam, quæ, condita est, ad ripam fluvii Mulda in finibus Misniæ. Hanc, cum per triduum obsedisset, a Cæsareanis, illi, bona cum voluntate, & libenter est tradita in manus.

גם נסע מהמבצר פה פראג הראש וויטן בעריג עם כל עמו בגליל העיר ב בודוויץ במדינת פיהם רחוק ששה עשר פרסאות מפראג ושמה מונח תמיד כתר מלכות של מדינת פיהם וכל המקומות

Wittenbergius quoque Campiductor ex Pragensi Arce cum suis legionibus abiit, ac in contermina urbis Bohemicæ Budwiz profectus est, quæ, sedecim milliaribus Praga distat, & in qua perpetuo asservatur corona Bohemica, omnia circumjacentia loca, prædæ exponens. Sic Judæi quoque, qui Theinæ agebant, facultatibus exuebantur. Venere enim huc Sueci,

Sabba-

שסביב בודווין היו לשלל גם היהודים
שבק"ק טיין היו לשלל שבאו לשם עם ש
שוידן ביום שבת שובה ולקחו מהם כל
אשר להם וכשארו בערום ובחוסר כל
גם קרעו וטמאו בתורת ה' צבאות וגו
והשליכו ספרי התורות לארץ ואין מידם
מציל·

Sabbato, (quod inter Anni primordium ac Expiationis diem medium est, & quo prælegi solet in Synagogis) Hoseæ cap. XIV. atque rerum omnium jacturam Judæi passi sunt, ita, ut nudi ac egeni relinquerentur. Lacerabant quoque hostes ac contumelia afficiebant Legem Domini Exercituum, Volumina Pentateuchi in terram projicientes, nec erat, qui obniteretur.

בימים ההם הקיסר עודנו בעיר לינץ
כי היה שם מיום חתנותו עד היום הזה
בכן נסע משם לעיר המלוכה וויאנא וכתב
ספרים לפה פראג שהראש שר צבא גראף
פוכס הנ"ל יבא לעיר בודווין הנ"ל ומשם גם
יביא ויוליך עמו כמה אלף איש לצבא גם
בעזרת המקום ישן ומקום חדש·

Dum hæc ita succedunt, Cæsar adhuc Lintzii morabatur, ubi, inde a die nuptiarum, usque ad tempus hoc, subsisterat, sed jam ea urbe deserta, Viennam, Sedem Regiam repetebat, datisque Pragam literis, jussit, ut Comes Bucheimius Budwizium se conferret, indeque aliquot millia militum educeret, quibus tractui veteri novoque (urbis Pragensis) opitularetur.

בכן בליל מוצאי שבת ג' תשרי נסע
הגראב פוכס מפה פראג ועמו חמש מאות
רכבים ושרים הרבה מחורי הארץ ובא
לשם עיר בודווין ויקר מקרה שיצא גו
מחוץ לעיר אל כפר אחד עם כל עמו
ובא המגיד אל הראש וויטן בעריג ויהי
כאשר ישב הגראב פוכס אל השלחן
ויטב לבו נפל עליו הראש וויטן בערג
וסבב הכפר ההוא ותפש אותו עם כל
השרים שעמו ומעט מהם נמלטו והביאו
השר וויטן בעריג עם השרים שעמו
שבוים אל המבצר פה פראג·

Proinde, nocte quæ Sabbatum excipit, tertia die mensis Tisri, discessit Comes Bucheimius Praga, cum quingentis equitibus, multaq; Nobilitate Regionis, Budwizium petens. Accidit autem, cum urbe egressus esset, atque in pagum quendam, cum omni comitatu suo divertisset, ut Campiductorem Wittenbergium nuncius ea de re certiorem redderet. Cum igitur Comes Bucheimius mensæ accumberet, & genio indulgeret, mox irruens Wittenbergius, pagum circumdat, eumque cum omnibus fere Nobilibus, qui illum sequuti fuerant, capit, paucis fuga elabentibus. Bucheimium, & Nobiles, qui cum ipso iverant, Wittenbergius in Arcem Pragensem deduxit captivos.

Post-

אז כאשר באה השמועה לעם מעל מקום
ישן וחדש שנשבה הגראב פוכס ויחרדו
חרדה גדולה כי קוו לעת מרפא והנה
בעתה ובכל אשר יצאו יד ה' היתה ב
בהם ונעשה במקומו להיות ראש ושר צבא
גראב קונטי הנ"ל הוא החל להיות גבור
חיל ללחום בעד העיר כאשר תמצא כ
לפנים עוד הרבה כתוב ממנו·

Postquam vero habitatoribus tractus veteris noviq; renunciatum fuit, captum esse Comitem Bucheimium, ibi horror maximus omnes invasit. Quippe salutem speraverant, at, successit in illius vicem consternatio, omnesque, qui Praga excessere, male mulctavit vindex manus Numinis. Interim, in locum Bucheimii, Dux creatus est Comes Conti, atque is fortiter pro urbe Pragensi præliari cœpit, prout infra sæpe narrabitur.

ויהי כראות השר קלירעדא וגראב
קונטי כי נצטרכו להלחם בעד העיר
הכינו עצמם בכל מאמצי כוחם ונתאספו
יחד אליהם כל אנשי העיר ונשבעו כ
כלם יחד שעוד כל נשמתם בם ואף
שיראו כי אזלת יד ואפס עצור כל אנ
ואים אל ימנעו מהלחם כנגד עם שוודן
וכך אמרו התחזקו והיו לאנשים [illegible]
הקיסר התחזקו פן תעבדו לאנשי שוודן
האלו ואז נעשו דגלים ויסע בראשונה
דגל מחנה השרים רבים ונכבדים כל
הנמצאים בעיר החשוב חשוב קודם וג
ובראשם ראש אחד לא"ה נשא דגל [illegible]
מחנה כל הסוחרים עשירים ונכבדי ארץ
ובראשם ראש אחד · או"כ נשא דגל [illegible]
חנה כל הכומרים חשובי' ויקרים [illegible]
ובראשם ראש אחד · אח"כ נשא דגל מחנה
הבחורים ובראשם ראש אחד · אח"כ נשאו
העירונים היושבים על כסאות למשפט

Cum igitur Pro-Rex Coloredo, & Comes Conti viderent, pro urbe depugnandum esse, omni vi sua parabant seipsos, congregatisque universis incolis Pragensibus, jurejurando eos obstringunt, ut ad extremum usque spiritum, adversus Suecos pugnare non desinant, etiamsi appareat, manum, (*quæ opem ferre debebat*,) periisse, & auxiliatorem defecisse. Sumite animos, inquiebant, & viros vos præstate. Vos, qui Cæsari militatis, sumite animos, ne Suecis istis servire cogamini. Postea, incolas in vexilla distribuerunt, agmen ducente vexillo quod illustrissimi & nobilissimi quique, quotquot in urbe reperiebantur, componebant, digniore semper præcedente: atque his, quidam ex Nobilitate præerat. Istos, excipiebat vexillum Mercatorum, virorum ditissimorum, & opulentium, cum suo Antesignano. Dehinc, sequebatur vexillum Clericorum quorundam multæ autoritatis existimationisque, cum suo Antesignano. Proximum erat, Vexillum Studiosorum, cum suo item Antesignano. Post hos ibant Senatores, qui jus dicunt, hisque adjunge-

ועמדם כל בעלי מלאכות שבעיר באותותם.
על דגלותם אף גם היהודים יותר ממאתים
בכל יום עמדו ברחובות קריה חוצות של
גוים ובידו האחת כלים של מים לכבות האש
ובידו האחת מחזיק הקרדום ועוד שאר
כלים לפעול בהם לנתוץ הגגות וג
והחומות במקום אשר יפול שם האש.

jungebantur omnes in urbe opifices, cum suis signis vexillisque. Etiam ex Judæis plures ducentis, quotidie per plateas, ubi Christiani degunt, stabant dispositi, una manu, vas aquarium, ad restinguendum incendium, altera securim aliaque instrumenta tenentes, diruendis tectis parietibusque, si ignis aliquo incidisset, necessaria.

וביום א' וב' י"א וי"ב תשרי הורו
עם שווידן פתע פתאום אל תוך רחוב
היהודים עם פייאר קוגלן הם פקעים
החלולים ובתוכם כל מיני המחתה וג
ונעשה היזק גדול ונפלו כמה חדרים
ובשני חצרות של יהודים נפלו פקעים
תחת אויר השמים ונעשה גומא וחפירה
בארץ יותר מאמה עמוק וכאמתיים ב
רוחב גם באותן ימים לא נעשה היזק
בגוף אדם ת"ל.

Die prima & secunda hebdomadis, quibus undecimum & duodecimum mensis Tisri numerabamus, jaculabantur Sueci subito in vicum Judæorum globos suos cavos, intus varii generis telis lethiferis oppletos, quibus damnum ingens illatum est, multis domiciliis concidentibus. At, in duobus Judæorum atriis, sub dio cecidere ferales globi, & scrobes foveasq; effoderunt, amplius ulnam profundas, latasque ulnas duas. De reliquo, his quoque diebus, Deo gratia, nullus homo lædebatur.

ומאת ה' היתה זאת היא נפלאות ב
בעינינו שלא הורו תוך רחוב היהודים
ביום חגיגתינו לא בראש השנה ולא
ב"כ שוכינו לולא זאת בטלה תפלתינו
ובלבלו כוונתינו ועל כן נודה לך ה'
אלהינו.

Fuit vero Numinis supremi evidens, & mirandum in oculis nostris beneficium, quod vicum nostrum (*globis illis horrificis*) haud petierunt, nobis solemnibus festis diebus. Nec enim vel primo die anni, vel in die Expiationis, quo longo jejunio nos maceramus, (*ullum ab ista peste erat periculum.*) Secus si accidisset, turbatæ fuissent preces nostræ, & impedita devotio. unde, merito tibi, o Bone Deus, grates persolvimus.

אז בכל לילה וכן לפעמים ביום
כאשר ראו עם הקיסר איזה מקומות ש
שלא שמרו עם שווידן עברו את הנהר

Interea loci, observantibus Cæsareis loca a Suecis incustodita, noctibus quibusque, imo & aliquando interdiu, trajiciebant flumen Muldam

מולמא לצד הרי כרמים שאצל מקום קטן
ותמיד הביאו אותם שבוים מעם שוידן·

וביום ראשון ח״י תשרי לעת ערב וכן
למחרת ביום השני הורו עם שוידן ש
מהמבצר אל תוך רחוב היהודים ובכל
רחובות קריה יותר ממאתיים יריות ב
בכל פעם ועם פקעים גדולים משקלם
יותר מארבעים ליטרא ועשו היזק גד
בהבתים גם כל פעם אחר היריות ש
הגדולים הורו עם שוידן יריות קטנים
למאות ולאלפים נקרא מושקיטן שיס וש
והיריות השמח ידוע שמורים כן לאיזה
חדוה ושמחה ולא ידענו לשמחה מה זה
עושה · בכן נשמע ע״פ חקירה ומפי ש
שבוים שנשבו עם הקיסר מעם שוידן
שביום א׳ הנ״ל בא ממדינת שוידן ש
שר וראש אחד יענירא״ל על כל עם ש
שוידן נקרא פפאלץ גראב והוא קריב
ומאר בשר למלך ברידוריקס שנכתר ג
מקדם בכתר מלכות למלך בעיר פראג
בשנת ש״פ לאלף השמי נקרא פרידוריקס
הדיל בורג והורו כן בבואו לכבודו ו
ולשמחתו נקרא פרייד שיס בל״א גם
היו מונחים עדיין פה פראג במבצר
באותיות סכות צבועי׳ סי׳ של כל אות
דגל של המלך הנ״ל גם הדגלים השמה
נתנו להפאלץ גראב לנשאם לפניו לכבודו

dam, & in vineis Micropoli vicinis Suecis insidiabantur, ac multos sæpe captivos secum referebant.

Die primo hebdomadis, sive XVIII. Tisri, circa vesperam, atque sic sequenti quoque luce, jaculabantur Sueci ex Arce tam in vicum Judæorum, quam in reliquos urbis vicos, ducentas amplius explosiones quavis vice facientes, & globos jacientes, quorum pondus XL. libras superabat, unde ædibus magna damna intulerunt. Semper quoq; postquam tormenta exoneraverant, ex minoribus machinis, centenos, millenosque confertim edebant bombos, Musketen-Schüsse (*Germani*) appellant. Isti vero sonitus, cum non fiant nisi ob gaudium & lætitiam, ignorabamus, quorsum hæc exsultatio pertineret. Postea, per exploratores, & captivos, quos Cæsarei interceperant, innotuit nobis, die prædicta, ex Suecia (*in Arcem*) delatum fuisse, Principem quendam ac Primatem, universi Suecici Exercitus summum Imperatorem, sive, uti vocant, Generalem, cui Comes Palatinus nomen, agnatum & consanguineum Friderici Regis, qui quondam, anno videlicet, suprà quinquiesmillesimum trecentesimo octogesimo (sive æræ Christianæ MDCXX.) corona regia in urbe Pragensi fuerat inauguratus, dictus communiter Fridericus Heidelbergensis. Ob istius igitur adventum, ut honore illum afficerent, & exhilararent, hos sonos excitabant, ii Germanica lingua Freuden-Schüsse dicuntur. Enimvero, supererant adhuc in Arce Pragensi, Friderici Regis insignibus picta tentoria ac vexilla; hæc signa dedere Comiti Palatino, ut honoris

הוא נשלח ממדינת שווידן עם ארבעת
אלפים איש שהוא יכבוש עיר פראג
כולה להיות לו לשם ולתפארת נגד כל
העמים אשר תחת השמים׃

causa ante illum deferrentur, atque ipse missus fuerat ex Suecia, cum quatuor millibus militum, ut omnem urbem Pragam subigeret, & famam ac gloriam sibi excitaret, apud universos, qui sub cœlo degunt, homines.

וביום השני תשעה עשר יום לחדש
תשרי חזר ונסע מן המבצר הראש
ווימן בערינג עם כל חילו והלכו עמו
שני ראשי הכל הפפלן גראב וקינגסמרק
ועוד ראשי צבא רבים יותר מעשרת
אלפים איש מלומדי מלחמה ויחנו לפני
העיר מקום ישן ומקום חדש כלל ובנו
מצור על העיר מסביב על ההרים גם
הגבוהים והורו מאוד על השערים ועל
החומה שמסביב מקום חדש׃

Die secundo hebdomadis, & decimo nono mensis Tisri, iterum Praga discessit Campiductor Wittenbergius, cum omnibus copiis suis, eumque comitabantur Comes Palatinus, ac Konigsmarckius, Duces, præter alios tribunos militares, cum decem amplius millibus hominum, ad bellum exercitatissimis, castra ponentes ante urbis veterem novumque tractum, & obsidionales aggeres adversus urbem condentes circumcirca in editis montibus, portasque & mœnia tractus novi, crebris verberantes tormentorum ictibus.

גם רבו כמו רבו עבדים רבים
המתפרצים ומכל הערים והכפרים
במדינת פיהם התאספו יחד ריקים
פוחזים ונפלו אל עם שווידן ונוספו גם
הם עליהם למהר שלל חש בז ובפרטות
מחשבותם על היהודים לאבדם כאשר
אכתוב לפנינו וכן נשמע אח״כ שעלה
עם שצרו על העיר כעשרים אלף איש׃

Cæterum, servi nequam, hominesque otiosi ac prædones, magno numero, ex omnibus Bohemiæ urbibus pagisq;, factis agminibus ad Suecos deficiebant, atque iis jungebantur, prædæ inhiantes, præcipue vero ad perdendos Judæos cogitationem habebant defixam, prout infra enarrabo, atque sic relatum fuit, eorum, qui urbem tenebant obsessam, numerum, ad viginti millia ascendisse.

וביום השבת הוא שבת בראשית כ״ד
ימים לחדש תשרי הורו עם שווידן על
השער נקרא גלגן טאר בל״א על שם
שנבנית עליו התלייה והביאו עם שווידן
על הר זה קנים שריפה הגדולים והורו
ביום השבת מבקר ועד ערב לא נחו

Die Sabbato, quo prima Legis Sectio prælegitur, & quo, vigesimum quartum mensis Tisri numerabamus, quatiebant Sueci tormentis suis Portam, quæ a vicino patibulo nomen habet, ac Germanice das Galgenthor dicitur. Sustulerant enim in montem machinas bellicas præ-

ולא שקטו · ואנשים מנו וספרו כל ש
היריות הגדולות שהורו ביום השבת על
השער הנ"ל ועל החומה מסביב ועלו ל
למספר אלפיים מלבד מה שהורים המורים
על שערים אחרים שבמקום חדש ונעשה
סידק גדול בחומה ונתצו ונפלו השכיים
שלמעלה כעשים למגן לעמוד על החומה
מאחוריהם ·

prægrandes, atque univerſo Sabbato, a mane usque ad veſperam, jaculabantur, ſine requie ac intermiſſione. Fuere, qui numerum iniverunt jaculationum, quibus luce hac Sabbatica, porta dicta cum adjacente muro impetebatur, & bis amplius mille deprehenderunt, præter jaculationes, quæ adverſus portas alias tractus novi fiebant, factaque in mœnibus fiſſura ingens eſt, quin & everſæ ſunt, cecideruntque, loricæ ſupremæ, paratæ in munimentum, ut poſt illas in muro quis queat conſiſtere.

ואז גם בכל לילה התקרבו עצמם
עם שווידן על הגשר של אבנים הנ"ל
לנגד מקום יען עם הבנין של עץ ש
מרובע שעשו מונח על עצים מגלגלים
כאופן שיוכלו לגלגלו לקרבו לנגד מקום
יען והיה בדעתם לקחות ולכבוש הסוללה
מעם הקיסר שעשו על הגשר לנגד ש
מקום יען · גם חיפו עם שווידן הגשר
הנ"ל יותר משני שלישים עם קורות של
עץ עשו כמו גג משופע והולך ומחמת
היתה תחבולה וערמה עשו כן·

Tum quoque tota nocte appropinquabant Sueci in ponte lapideo, cum machina ſua lignea quadra, lignis teretibus impoſita, quæ volutari poterat, promoventes eam erga veterem urbis tractum, atque propoſitum ipſis erat, capere ac adimere Cæſareis propugnaculum, quod in ponte juxta Tractum Veterem excitaverant. Inſuper obtexerant Sueci pontis duas tertias & amplius, trabibus, tectum ſemper magis declive conſtruendo, atque hoc in fraudem fecere, dolumque.

וביום השני עשרים וששת יום לחדש
תשרי וכן למחרת ביום השלישי הורו
עם שווידן תמיד על שני שערים של
מקום חדש הנקראים גלגן טאר וראס
טאר בלא יריות רבים לאין מספר בכל
פעם ששה שמונה שנים עשר יריות
גדולות בפעם אחד עד שרעשה ורגזה
הארץ ונשמע למרחוק ועד שהפילו ש

Die hebdomadis ſecundo, qui XXVI. erat menſis Tiſri, quin & ſequenti tertio die hebdomadis, petebant Sueci aſſidue tormentis ſuis duas Tractus Novi portas, quas Germanica lingua das Galgen-Thor/& Roß-Thor vocant, multis innumerisque ictibus, quavis vice, ſex, octo, & duodecim ſimul exonerantes, ita ut terra contremiſceret, ac commoveretur, fragorque procul exaudiretur, (*neq; ceſſarunt, prius quam*) in terram dejecere partem mœniorum urbis, magnam

חומות העיר לארץ ונעשה פרצה גדולה
יותר מארבעים אמה רוחב והרבה
בתים בתוך העיר סמוכים לחומה גם
נחרבו ונהרסו קצת מהם מחמ׳ היריות
וקצתם הרבו והרסו עם הקיסר שבעיר
להיות מקום פנוי סביב לחומה להלחם
ולקחת העץ ובאש שרף ושרופו בשבת
לחומם נגד האור·

rupturam, quadraginta amplius ulnas latam, facientes. Sic multæ urbis domus, mœnibus vicinæ, prostratæ eversæque ſunt, partim ex tormentorum ictibus, partim ab ipſis, qui in urbe erant, militibus Cæſareis: hi enim ædes illas diruerant, tum, ut prope mœnia locum ad pugnandum vacuum haberent, tum, ut ligna caperent, quæ comburentes, propter ignem ſedendo, calefaciebant ſeſe.

ביום השלישי הנ״ל באו במרוצה ש
פתע פתאום עם שוידן דרך הגשר
ורעשו ברעש גדול בהסוללה שעשו עם
הקיסר על הגשר מצד מקום ישן כי
זאת העצה יעוצה בין עם שוידן שא
שקצתם ירעשו בהחומה שסביב מקום
חדש וקצתם ירעשו בהסוללה על הגשר
ויהיה לעם הקיסר המלחמה פנים ואחור
אבל עם הקיסר התחזקו והיו לאנשים
והורו עליהם מהסוללה שעל הגשר וג
ויהרגו מהם כארבעים איש וחזרו עם
שוידן לאחור·

Die, quem memoravimus hebdomadis tertio, repente irruptionem in ponte fecerunt Sueci, magna vi propugnaculum, quod Cæſarei illic juxta Tractū Veterem condiderant, invadentes. Hoc enim conſilium ceperant, ut pars eorum mœnia quibus Tractus Novus cingitur, pars vero propugnaculum in ponte poſitum, oppugnarent, atque ſic Cæſarei a fronte & a tergo bello impeterentur. At Cæſarei, robur induentes, viros ſe præbebant, & ex pontis propugnaculo in Suecos jaculabantur, ita ut quadraginta ex iis perimerent, atq; ſic, Sueci retrorſum cedere cogerentur.

ביום השלישי עשרים ושבעה יום
לחדש תשרי בנשף בערב יום ותחזק
המלחמה על עם הקיסר שבתוך העיר
ועם שוידן רצו במרוצה והריעו ברעש
ובאו עם סולמ׳ אל תוך הסוללה שעשו
עם קיסר לפני השער גלגין טאר הנ״ל
והסוללה היתה קרובה וסמוכה אל השער
ובאו עם שוידן ביד חזקה אל תוך ש

Die eodem hebdomadis tertio, & XXVII. menſis Tiſri, circa crepuſculum veſpertinum, invaluit bellum adverſus Cæſareos urbis præſidiarios, irruentibus Suecis maximo impetu, & admotis ſcalis evadentibus in munimentum, quod Cæſarei ante patibuli portam conſtruxerant. Erat autem hoc munimentum portæ vicinum admodum, illudque Sueci manu forti ingreſſi

הסוללה ויגרשו משם עם הקיסר ויברחו
ונסו עם הקיסר אל תוך השער ויבאו
בתוך המקום ·

ingressi sunt, propellentes inde Cæsareos, qui, ad portam celeriter confugientes, in urbem se recepere.

אז היתה צרה גדולה ובהלה רבה בכל
עיר והעיר היתה נביכה ותדד שנתם
מעיניהם כי נהרגו רבים מעם הקיסר
ורבים בהליכתם ברחובות קריה נזקו
מהיריות שהורו עליהם עם שוודן מ
מסוללה זאת ורפו ידי עם הארץ כי לא
ידעו מה לעשות:

Tum in Vrbe universa, miseria & consternatio erat maxima, omnes animis pendebant, nec somnum capiebant oculis suis. Multi enim ex Cæsareis fuerant trucidati, multos in fuga, intra ipsas urbis plateas, læserant jaculationes, quibus a Suecis ex munimento isto petebantur, itaque remissæ valde erant incolarum manus, nec constabat iis, quid facto opus esset.

ויקראו ראשי עם שוודן וידברו ב
בקול גדול אל עם הקיסר ויאמרו ל
לאמור אתם ראיתם כי לנו הישועה כי
באנו עד כה וגם החומה נפולה לארץ עתה
על מי תבטחו אנחנו הרבים מכם פן
מרה תהיה באחרונה עתה צאו אלינו
לשלום וחיו ולא תמותו רק תנו ומסורו
לנו העיר בנפש חפיצה וכל אשר תאמרו
אלינו נעשה למלאות שאלתיכם ובק
ובקשתיכם בדבר ההשוואה עמכם י
ולעשות עמכם הטוב והישר ·

Inter hæc Primores ex Suecis, Cæsareos voce magna inclamant, vociferando: Vos quidem cernitis, nobiscum esse salutem, namque, usque huc progressi sumus, etiam mœnia vestra in terram collapsa sunt. Nunc igitur, cui rei confiditis? Nos, vobis numero majores sumus, cavete, ne tandem malum ingens vos maneat. Proinde, exite ad nos, & pacem inite, sic vitam servabitis, neque peribitis. Tradite tantummodo nobis, & in potestatem concedite haud gravatim urbem, & tum omnia, quæ desiderabitis, faciemus; implebimus vota ac petitiones vestras in compositione ineunda, &, quod æquum ac bonum est, vobiscum agemus.

ויתחזקו שני ראשי צבא של עם ה
הקיסר הוא השר קלירעדא וגראב ק
קונטי והוא בעצמו החל להכות בעם
שוודן שבאו אל תוך הסוללה וחרף נ
נפשו אל מול פני מלחמה החזקה ע״ר

At, Cæsarei Duces duo, Pro-Rex nimirum Coloredo, & Comes Conti, redintegrabant fortitudinem, quorum postremus, ipse percutere cœpit Suecos, qui munimentum expugnaverant, exposuitque animam suam discrimini magno,

כי גם רבים מעבדיו החשובים נהרגו ע
אצל מעמדו וברוב דבריו נעימים היה
מעורר לב העם שבתוך העיר עד שה
שהתחזקו ועמדו על נפשם כל אנשי
העיר איש לא נעדר כל שולף חרב
וכל מי שיודע בטיב לירות בקנה שם
השריפה כל אנשי העיר של מקום ישן
ושל מקום חדש כעבד כאדוניו כולם
נתאספו יחד גם כל השרים וכל שופטי
ארץ פחות וסגנים הנמצאים בעיר מכל
מדינת פיהם והמה עם עבדיהם חנו
אל דגליהם גם כל הכומרים החשובים
מלובשים בגדי שחורים לבשו תחת הקוט
בגדי מלחמה והלכו עם כלי זין בחרב
וחנית וקנה השריפה והבחורים מבית
הפלתם הולכי עמהם ועלו למספר כמה
מאות גם המה חנו על דגליהם ושמרו
את המעבורת המים והסוללה שעל גש
גשר לצד מקום ישן ועלו המספר של
אנשים העיר תופסי חרב ומגן ואשר
כלי זין קרוב למספר עשרים אלף איש
לבד מעם רב שלא היה להם חרב וכ
וקנה השריפה והלכו בקרדומות ובמקלות
מסומרים ועלו גם המה למספר רב
מאוד ·

ita ut multi ex comitatu ejus, viri insignes, juxta ejus stationem interficerentur. Verbis quoque blandis excitabat corda incolarum, quo vires caperent, ac animo essent præsenti. Quamobrem omnes urbis habitatores, tam Veteris quam Novi Tractus, nemine uno qui gladium evaginare, aut bombardis, commode jaculari valebat, excepto, servi æque ac domini, omnes simul congregabantur. Quin & Nobiles, & Magistratus urbani, Primates quoque ac Antistites, qui undecunque ex universa Bohemia in urbem confluxere, cum suis servis, sub signa se recipiebant. Etiam Clericorum præcipui quique, pullis vestibus induti, sub toga armis se vestiebant, ac gladiis, hastis, bombardisque instructi, sic procedebant, quos Studiosi Collegiorum sacrorum comitabantur, ut numerus aliquot centenorum emergeret. Atq; hi quoque vexilla sua sequebantur, tuebanturque aquæ trajectum, & propugnaculum quod in ponte erat, ad tractum veterem. Sic summa eorum qui gladiis, scutis, aliisque telis sese exarmaverant, propemodum vicies mille æquabat, præter magnam multitudinem eorum, quibus cum gladii & bombardæ deessent, secures & clavæ uncinatæ ad manus erant, qui & ipsi ingenti erant numero.

ואנחנו היהודים היינו בצרה ג
גדולה מאוד מאוד כי היינו מוכרחים ל
לשלוח אנשים רבים לשפוך סוללות גם
בבתים של גוים שאחז בהן האור כ
לכבות האש ורבים נזוקו בגופן וגו

Nos vero Judæi, in summis eramus constituti angustiis, cogebamur enim multos nostrum destinare ad parandos aggeres, & extinguere incendia, quæ, in ædibus Christianorum orta sunt, unde multi

והמלחמה היתה פנים ואחור צונה בחגוי
סלע ואין מקום לנום מלבד כתינת
מסים וארנוניות תמידין כסדרן ומוספין
שלא כהלכתן שלטו למרמא עלן
והנונשים אשים מדי יום ביום לאמר
הב הב׃

multi in corporibus læſi fuerunt A fronte & a tergo bellum experiebamur, unde, qualis columbæ in petræ ſciſſuris conſiſtentis, talis noſtra quoque conditio, nec erat locus, quo confugeremus. Adde, quod tributis & cenſibus tam ordinariis, quam extra ordinem indictis, indeſinenter onerabamur, atque quavis die ab exactoribus urgebamur (*moleſtiſſimis vocibus*) cedo, cedo.

בכן שארית ישראל תולעת יעקב
התאספו יחד כל הלילה ההוא וכל יום
שלמחרת בהקהל את העם האנשים
והנשים והטף בבתי הכנסיות ומרבים
בתפילות וסליחות ותחנונים ותהילים
פעמים בכל יום ומרבים צדקה וכופר נפש
איש בעדו ובעד ביתו ובצום ובכי
ומספד עשו אנשים רבים יום כיפור
בכל הלכותיו על פי הסליחות שתיקן
לאומרם הגאון הרב רבי שמעון נרו
בהלו עלי ראשו ריש מתיבתא ואב
דקהלתינו ק״ק פראג א״ע מלבד הסליחות
סימד הוא כלו על המאורע ועל הנסים ועל
הפורקן שנעשה בעזר האל והובאו אותן
הסליחות לבית הדפוס וברואי שראה
אלקינו את הלחץ ואת הדחק כי העניות
היה מתרבה וכל יום קללתו מרובה משל
חבירו וכמעט איש את רעהו חיים בלעו
גם מיואשים היינו את כל אשר לנו כי כל

Quamobrem, reſidui Judæi, vermiculus Jacobæus, in unum colligebamur tota hac nocte, & inſequenti toto die, convocatis viris, mulieribus, & puerulis in Synagogas, preces, Litanias, ſupplicationes, hymnosque quotidie bis fundentes, nec minus quisque largas eleemoſynas & piamenta, tum pro ſe, tum pro domo ſua erogabat, multi quoque jejunium, fletus, ac luctum, ad eum morem, quo in ſolemni expiationis die hæc peraguntur, ſibi ipſis indicebant, precantes Litanias quas compoſuerat ad recitandum Rabbi Simeon, vir, cujus caput luce fulgidiſſima radiat, qui Archipræſul judexque ſupremus ſacri noſtri Pragenſis cœtus eſt, quem Numen ætatem valere jubeat, præter eas Litanias quas iſte Vir Deo commendatiſſimus, occaſione eventuum, prodigiorum, & liberationum, quæ Numinis benignitate nobis acciderunt, effinxerat, & quæ typis fuerunt commiſſæ. Eſt vero perſpicuum, aſpexiſſe Deum oppreſſiones & anguſtias noſtras, augebatur enim quotidie inopia, & ſemper poſterior dies præ priore majorem afferebat cladem, ac parum aberat, quin homo hominem vivum devoraret. Omnes quoque facultatum noſtrarum curam abjeceramus, quicquid enim

אשר לאיש יתן בעד נפשו רק התפללנו
תפלה לאל חי להשאיר לנו בלתי עם ג
גוויתינו וישמע ה' את קולינו כי שערי
דמעה לא ננעלו וינחם ה' ועד כה ה
עזרנו·

enim homo possidet, libenter erogat, ad vitam suam redimendam, (*ceu est Jobi II. 4.*) Tantum igitur Deum æternum rogabamus, corpora nostra nobis servaret. Atque exaudivit Deus clamores nostros, neque enim clausæ sunt lacrymarum portæ, pœnituitque illum (*afflictionis nostræ,*) atque porro nobis fuit auxilio.

ויהי בלילה ההוא כשבאו עם שוויד
לתוך הסוללה וכבשו אותה ביד חזקה
הורו עליהם עם הקיסר משער גלגין מ
טאר יריות כמה מאות בפעם אחד ושפכו
עליהם עפר השריפה וגפרית וזפת הרבה
מאוד והמלחמה כבדה מאוד עד שנגשו
וקרבו זה אל זה והכו עם הקיסר עליהם
במקלות ובקרדומות וגברו יד עם הקיסר
ויהרגו מעם שווידן כשש מאות איש וש
והנשארים נסו מהסוללה ולא חזרו ובאו
עם הקיסר אל תוך הסוללה וישבו שם·

Sed enim, ecce tibi, ipsa nocte, qua Sueci irruperant in propugnaculum, illudque violenter occupaverant, jaculati sunt in eos Cæsarei ex porta patibuli, simul & eodem tempore, plurimas ictuũ centurias, effuderuntque in ipsos pulveris nitrati, sulphuris item picisque, magnam copiam; invalescebatque pugna, quoad se mutuo attingerent. Ibi percutiebant Cæsarei Suecos cæstibus atq; securibus, superioresq; evadentes, sexcentos Suecorum trucidabant. Horum reliquiæ cum ex propugnaculo aufugerent, in illud revertebautur Cæsarei, ibique pedem figebant.

ויהי כאשר ראו עם הקיסר את ה
הנצחון הגדול הזה התחזק לבם יותר
לעמוד נגד המלחמה ושרי עם הקיסר
היו מזרזין בדברים טובים דברים נחומים
וגראב קונטי הנ"ל חזקם בדבריו שיעמדו על
נפשם לבל ינוסו כי תחלת נפילה נסה
ותמיד היה רץ בעברו ושבו משער לשער
בכל מקומות מוסבותם על דגלם באותות
לבל ירפו ידיהם אף גם פיזר והפריז מ
רב ממון כדי לחזק לבם נגד המלחמה

Evenit autem, cum Cæsarei vidissent victoriam tam insignem, ut magis animo confirmarentur ad resistendum hosti, atque Præfecti legionum Cæsarearum excitabant milites suos verbis bonis benignisque; præter cæteros hortabatur eos Comes Conti, ut defenderent sese, nec in fugam se darent, esse enim fugam cladis principium. Hinc inde igitur discursabat ab una porta ad aliam, ad omnes stationes, ad vexilla militum & signa, ne manus remitterent: multum quoque pecuniæ spargebat, & amplius se daturum pollicitus est, ut corda illorum in prælia animaret.

וביום הששי ראש חודש חשון היינו
מוכרחים אנחנו יהודים לשלוח אנשים
רבים לבנות דיק ולשפוך סוללה ולחפור
את כל הארץ אצל חומת העיר כי עם
שווידן חפרו מבחוץ תחת חומת העיר
להפילה לארץ ובלשון אשכנז קורין מינא
וממיתים עפר השריפה בחלל הרבה
מאוד ואח"כ סותמין היטיב מכל צד וג
ובתחבולה מניחין אש בעפר השריפה וכח
האש מגביה הקרקע ותפול החומה תחתיה
ובכן כאשר חפרו היהודים גם כן עם
מבפנים אצל חומת העיר באו בחפירתן
מכוון ממש נגד החלל שחפרו עם ש
שווירן וה' הצילם שלא ראו אותם עם
שווידן והלכו היהודים ויגידו הדבר לעם
הקיסר והשליכו עם הקיסר על עם ש
השווידן פקעיות שקורין הנט קראנטין
בל"א והמיתו רבים מהם וכל עפר של
השריפה שנתנו עם שווידן בחלל הכל
לקחו עם הקיסר יותר מתשעה חביות
מלאים עפר השריפה.

Die hebdomadis sextô, qui erat principium mensis Chesvan, coacti sumus Judæi, mittere viros multos, ad parandum fossam, & construendum aggerem, & ad effodiendum omne solum, quod est circa mœnia. Sueci enim foris suffoderant mœnia urbis, ut ea in terram dejicerent, id Germani eine Mine vocant, (*quod, cum fit,*) multum pulveris nitrati cavernæ inditur, eaque postea undique probe obturatur, ac clam ignis immittitur pulveri: nec mora, vis ignis attollit solum, ac mœnia evertit. Cum vero Judæi intra urbem prope mœnia sic foderent, fossione isthac sua plane adversum Suecorum cuniculos deferebantur, favitque nostris Deus, ne a Suecis conspicerentur, ibantque ac Cæsareis rem renunciabant. Conjecerunt itaque Cæsarei in Suecos globos missiles, qui Germano sermone Handgranaten dicuntur, multosque eorum interfecere. Omnem quoque pulverem nitratum, quem Sueci in cuniculos intulerant, abstulere, quo, novem amplius dolia repleta capiebantur.

וביום א' ב' חשון היה נער יהודי
אחד אצל חומות העיר והוכרח להעלות
על החומה עצים ועפר השריפה לעם ש
הקיסר שעל החומה והורו עליו עם ש
שווידן ויורו על ראשו וביום ה' ו' חשון
מת הנער·

Die primo hebdomadis, secundo mensis Chesvan, stabat quidam puer Judæus prope mœnia, is coactus fuit, Cæsareis supra mœnia constitutis, ligna & pulverem nitratum deferre, cujus caput Sueci jaculando feriebant, unde die quinto hebdomadis, sexto mensis Chesvan, puer extinctus est.

וביום ג ג' חשון הגישו וקירבו עם
שווידן שני קנים השריפה הגדולים אל

Die hebdomadis tertio, tertioq; mensis Chesvan, admovere Sueci

מול פרצת החומה שנפרצה כנ״ל והורו תמיד כל היום אל תוך העיר ולעת ערב רצו במרוצה ורעש ובאו במקום פירצה אל תוך העיר ועם הקיסר הכינו שם מקודם במקום הפרצה עפר שריפה הרבה וגפרית וזפת ויהי כאשר באו לשם עם שוודן הציתו עפר השריפה ושרפו שם כל אותן הכפפות ורבים נהרגו מהם בחרב וחנית והנשארי' מעם שוודן פנו עורף ונסו לאחור אל תוך המחנה שלהם.

tormenta duo prægrandia, loco, ubi mœnia rupta fuiſſe ſupra memoravimus, totaque die aſſidue in mediam urbem jaculabantur. Circa veſperam vero, impetum facientes, per rupturam in urbem evaſerunt. At Cæſarei, antea, juxta hanc rupturam diſpoſuerant multum nitrati pulveris, ſulphuris, ac picis. Cum igitur Sueci huc eſſent delati, ſuccendebatur pulvis, ita ut plerique comburerentur, multi quoque gladiis ac haſtis fuere interfecti, reliqui terga vertentes, retrorſum in caſtra ſua profugiebant.

אח״כ עשו עם שוודן תחבולה אחרת ויביאו עצים רבים ואילנות מהיערים ויעשו בנין גבוה מאוד וחשבו להעלות ולעמוד עליו קנים השריפה הגדולים להורות משם אל תוך המקום ויהי אך בראות זאת עם הקיסר חרפו נפשם והלכו בזריזות אנשים רבים ובידם לפיד אש מכוסים ומצופי' בזפת והציתו אש בבנין ההוא ונשרף כולו אז תם לריק כוחם.

Poſtea, alium dolum commenti ſunt Sueci, atque ligna multa, arboresque ex ſylvis afferentes, conſtruxere fabricam editiſſimā, volentes illuc attollere, ibique conſtituere tormenta grandia, ad urbem infeſtandam. Qua re animadverſa, Cæſarei vitæ diſcrimen ſubire decernunt, eorumq; plurimi, piceas faces manibus tenentes, audaciter erumpendo, ignem in machinam illam immittunt, ut tota conflagraret. Tum vis hoſtium in vanum abiit.

ובכל זאת לא שבו עם שוודן מעל העיר ועוד היתה ידם נטויה וחרפו נפשם למות ועלו בהחבא בסולמות אל תוך המגדל מלמעלה והוא השער אשר נקרא גלגין טאר והיה בלתי אפשר לאיש אחד מעם הקיסר לילך ברחובות קריה כי הורו עליו עם שוודן מהמגדל ולא היו מן האפשר לגרשם משם

Quæ, cum ita ſuccederent, neutiquam tamen Sueci urbem deſerebant, ſed adhuc manus illorum extenſa erat, atque ultimo periculo ſeſe exponentes, clam ſcalis admotis, turrim portæ patibuli ſuperſtructam, conſcendunt. Tum nulli ex Cæſareis per plateas urbis incedere licebat, petebantur enim omnes, Suecorum jaculationibus, neque

עד שהוצרכו עם הקיסר להצית המגדל
באש ואז נשרפו כל השווידן שם
שהיו בתוכו מלמעלה כי לא היו יכולין
לירד מחמת האש הגדולה הזאת ונשרפו
יותר מארבע מאות איש וגם המגדל נפל
לארץ:

neque ulla ratione inde propelli poterant, ut cogerentur denique Cæſarei turrim ſuccendere. Tum omnes Suecos, qui intra turrim erant, ignis abſumſit, flammæ enim vehementia eos deſcendere prohibebat, pluresq; quadringentis cremati fuerunt, ipſa etiam turris in terram corruit.

וביום הששי שבעה ימים לחודש חשון
סמוך לשבת היו היהודים אצל חומות
העיר לשפוך סוללה הורו עליהם עם ש
שווידן והיה אצל השווידן איש אחד איש
יודע ציד איש שדה היה בקי ומלומד ל
לירות בטוב קנה השריפה קולע אל ה
השערה ולא יחטא ובכל מקום שנתן ע
עיניו או מיתה או עיכוב ויהי איש ההוא
מורה בקנה השריפה ויהרוג נער יהודי
אחד ושנים יהודים נזוקו בגופן גם
בליל מוצאי שבת ההוא היו היהודים
מוכרחים לשפוך סוללה והורו עם שווידן
עליהם ויכו איש אחד בקנה השריפה
הגדול והתיזו ממנו פס רגלו אחת: ויהי
היום יום צרה ותוכחה הוא יום ראשון
תשעה לחדש חשון הורו עם שווידן ש
פתע פתאום מן הרי כרמים שכנגד ר
רחוב היהודים והורו אל רחוב היהודי'
והלכו הפקעים מן קנה השריפה הגדול
החריבו ארבעה בתים ונהרגו בעו"ה ארבע
נפשות שהיו דרים מלמעלה בחדרים
שניים ושלישים מן הארץ ואלו ארבעה היו

Die ſexto hebdomadis, Cheſvanis ſeptimo, cum jam ſabbatum immineret, occupabantur Judæi in excitando aggere prope urbis mœnia, & petebantur a Suecis jaculationibus. Erat autem inter Suecos quidam venator, & ſectator ſylvarum, qui bombardis jaculari probe fuerat edoctus; vel pilum petebat, nec aberrabat, & quocunque obtutum fixerat, aut mors aut vulnus conſequebantur. Iſte, bombarda jaculans, peremit puerum judaicum, viros duos ex noſtris, graviter ſauciavit. Etiam veſperi, exacto Sabbato, coacti ſunt Judæi aggerem ſtruere, quos Sueci petentes, percuſſere virum quendam globo tormentario, eique alteram pedis plantam abſtulerunt. Poſtridie nobis illuxit dies calamitoſiſſima, ac damnoſiſſima, dies nempe hebdomadis prima, nona menſis Cheſvan, derepente enim, & inopinato, jaculabantur Sueci ex vineis quæ ex adverſo vici Judæorum ſitæ ſunt, in ipſum vicum, globis tormentorum, quaternas ædes noſtras quatientibus, pereuntibusq; ob ſcelerum noſtrorũ magnitudinẽ, Judæis quatuor, qui ſecundis & tertiis a ſolo habitaverant contignationibus. Atque ex illis quatuor Judæis, unus erat ſenex, ſeptuageſimũ ætatis agens annum, alter fuit juvenis, annorum circiter viginti; quibus accedebant mulier, puerq; octennis. Enim vero, fieri poteſt, ut, quod tamen abominamur, tale decretũ fecerit Deus (*quale Es-*

איש א' זקן כבן שבעים שנה ואחד היה רך
בשנים כבן עשרים שנה ואשה אחת
ונער קטן בן שמנה שנים ואפשר שהיתה
הגזירה מאתו ית' מנער ועד זקן טף
ונשים ביום אחד ליהרוג לשמחות ח"ו
וניחם ה' על הרעה וכלה המתו ונהרגו
ארבעתן אלו לכפר על בני ישראל כמו
שהמה היו מתוארים באלו ארבע תוארים
אחד זקן ואחד נער ואשה אחת ונער קטן
נסעו המה למנוחה ועזבו אותנו לאנחה
כי בהלות וחלחלות רבות הקרנו ביום
זה כאשר אכתוב לפנים·

theris III. 13. memoratur,) de perdendis nimirum trucidandisq; die una (*Judæis omnibus,*) tam adolescentibus, quam senibus, pueris & mulieribus; & ,ut pœnituerit eum cladis, cohibueritque iram, ac occisi sint isti quatuor, ad expiandos reliquos Israëlitas, proindeque his ætatum, sexusque quatuor diversitatibus distincti fuerint, atq; sic senex, adolescens, mulier, infansque occubuerint. Ipsi profecti sunt in requiem, relinquentes nos in suspiriis, magnus enim terror pavorque nos corripuit illa die, prout porro exponam.

והנה באותו יום ראשון הנ"ל הורו עם
שווידן תמיד בכל יום מן הרי כרמים
ומהגשר ומכל המקומות הגבוהו' שבמקום
קטן אל מקום ישן ומקום חדש כדי לבהל
ולבלבל העם שבתוך העיר והעומדים
אצל החומ' ובעוד שהורו המורים בלתי
הפסק הריעו עם שווידן רעש גדול ורצו
בעם רב ובחיל גדול מאוד נגד הפירצה
שנעשה בהחומה ככ"ל גם חפרו בקרב
הארץ בארבע וחמשה מקומות להפיל ם
החומה תחתיה גם חפרו אל תוך העיר
וחפרו עד תחת הבתים ויקלקלו היסודות
בחשבם שיפלו הבתים על העם העומדים
מסביב ואצל החומה וכאשר עלתה מחשבתם
והצליח פעולתם במקצת מקומות ונפלה
החומה לארץ רצו עם שווידן במרוצה עם רב
והריעו רעש גדול כקרא ועבירא"ל שטורם

Ecce enim, eodem die primo hebdomadis, jaculabantur Sueci continue tota die ex montibus vinearum, ponte, omnibusque editis locis Micropoleos, in Veterem Novumque urbis tractus, ut habitatores, & eos qui prope mœnia consistebant, turbarent ac confunderent. Atque his ita sine intermissione displodentibus, cæteri summo impetu, ac copiis agminibusque confertis adoriebantur rupturam quæ mœnibus illata fuerat. Effodiebant insuper terram in quatuor aut quinque locis, ut mœnia dejicerent, quin & fossione in ipsam urbem subter ædes pervadebant, fundamenta destruentes, atque sperantes, se hac ratione militibus prope mœnia consistentibus, ædes superinjecturos. Et vero, in quibusdam locis, cogitata illorum eventum habuere prosperum, collapsa enim sunt mœnia in terram, atq; sic Sueci magno numero vim & impressionem vehemen-

בל״א וחשבו שבמקום הפרץ יעל איש כנגדו
ויכבושו העיר ביד חזקה·

hementiſſimam, quæ Germanis General-Sturm dicitur, fecere, exiſtimantes in ruptura unos alios protruſuros, ac armata manu ſeſe urbem ſubacturos.

ויהי ביום ההוא יום מבוכה ומבוסה
יום מהומה ותמהון ועת צרה ליעקב ב
נמס כל לב וכל ברכים תלכנה מים
כי לא ידענו לפנות ימין ושמאל ואנה
לברוח לבא בנקרת הצורים ובנקיקי
הסלעים מפני פחד ורעדה אשר ע
אחזתנו ותעל צווחת העיר השמימה ·

Erat igitur dies iſta, dies ruinæ, proculcationis, dies horroris acſtuporis, tempusque infelix admodum, cretis Jacobi ſanguine. Omnium corda colliqueſcebant, omnium genua in aquam reſolvebantur. Neſciebamus enim, dextrorſum an ſiniſtrorſum nos reciperemus, aut quo confugeremus, ut foramina petrarum, & rimulas rupium inveniremus, ob timorem & tremorem qui nos corripuerant, clamorque urbis ad cœlum usque evadebat.

אז התחזקו עם הקיסר וכל אנשי
העיר למגדול ועד קטן התאספו יחד על
ידי שמיעת קול פעמונים והורו על עם
שווידן כמה אלפים יריות קטנים בבת
אחת נקרא מוסקיטן בל״א עד שנפלו
חללים חללים חמרים חמרי׳ ועשו עם ש
שווידן בהשדה יותר משלשים חפירות
גדולות והשליכו פגריהן לתוכן לכסות
על הרוגי עצמן וכמה שרים חשובים ראשי
מלחמה מעם שווידן נהרגו והמון עם
שווידן נהרגו ביום זה יותר מאלפים ע
איש ויותר מזה ניזקו בגופן והוצרכו עם
שווידן ליתן עורף ולנוס על נפשם והא
הנסים מהמערכה היו מעט מזער ונער
יכתבם ולא נודע לעם שווידן גבורת
וזריזות ונצחון של אנשי העיר·

Tum Cæſarei obfirmabant ſeſe, omnesque urbis incolæ, a maximo ad minimum, ad ſonum campanarum confluentes, in Suecos vice una eademque, multa millia jaculationũ ex bombardis faciebant, ita ut ingentes ac numeroſi cumuli fierẽt occiſorum. Atque effodere Sueci in campo, triginta amplius foveas ingentes, in quas cadavera cæſorum projecerunt, ut eadem tegerent. Cecidere tum multi ex Præfectis bellicis primariis, gregariorum vero militum amplius bis mille periere, plures corporibus vulnerati fuerunt. Coactique ſunt Sueci cervicem obvertere, ac fuga conſulere ſaluti ſuæ, quamvis e prælio ſalvatorum numerus fuerit exiguus, & quorum puer catalogum facile ineat. Ibi ſenſere Sueci, robur, fortitudinem, & victoriam incolarum.

וכל זה נעשה בעזר האל ית' כי
המשגיח על העיר בהשגחה פרטית וג
ובאמת היא פליאה גדולה ונשגבה כי
לא היה לעם הקיסר תוך העיר קנים
השריפה הגדולים רק הקטנים ולעם ש
שווידן היה על המבצר ועל הרי הכ
הכרמים סביב לעיר ועל הסוללה שנגד
מקום חדש יותר ממאה קנים השריפה
הגדולים וערכו אותם על העצים ל
להורות מהם על העיר גם מהמבצר
עם המקום קטן בעצמם חזקים ובצורים
מאוד ומקום ישן וחדש לערי פרזות על
שדה הארץ תחשב וכל עם שווידן היו
אנשי מרי נפש מלומדי מלחמה ולולא
ה' צבאות הותיר לנו שריד ופליט כמעט
וחמל עלינו ברוב רחמיו וחסדיו כבר
נטו רגלינו ושכנה דומה נפשנו ועד
כה האל עזרנו׃

Atque hæc omnia facta ſunt ope Dei Benedicti, qui providentiam ſingularem erga urbem exercebat, eratque hoc vere prodigium maximum & ſtupendum, deerant enim Cæſareis tormenta bellica majora, ſolæque bombardæ iis ſuppetebant. At, Sueci, in Arce, in montibus vinearum qui urbem circumdant, inque aggere quod ex adverſo eſt Novi Tractus, centum amplius tormenta prægrandia habebant, quæ ſuper ligna diſpoſuerant, ut iis urbem impeterent. Ipſa quoque Arx, & Micropolis, valde munitæ ac roboratæ ſunt, præ quibus Vetus Novusque Tractus, pagi campeſtres reputari poſſent; erant inſuper Sueci homines feroces, & bello exercitati. Niſi igitur Deus Exercituum ſervaſſet miſellos nos egenosque, & ſecundum miſericordiæ bonitatisque ſuæ immenſitatem nobis pepercisſet, pedes noſtri in exitium properaſſent, & anima noſtra in ſilentium habitatum conceſſiſſet. Atenim, hactenus Deus nos adjuvit.

אחרי הדברים והאמת האלה נשארו
הרבה הרוגים והרבה שרופים מעם
שווידן מונחים על פני השדה שטוחים ע
ערומים נגאלו בדם והיו מונחים ש
סמוכים לחומות העיר ולא היו יכולין עם
שווידן לגשת אליהם לקוברם מפני א
אימות ופחד של עם הקיסר וכמו כן
עם הקיסר לא היו יכולין לקחת אל
אליהם ההרוגים מפני עם שווידן ש
שמבחוץ ונשארו הנבלות בחוץ והשלך ע
מהלאה להשער מונחים על פני השדה
עד שאכלום הכלבים׃

Poſt hæc ita geſta, & poſt iſtam proſperitatem, relicta erant multa occiſorum & ambuſtorum Suecorum cadavera diſtenta & nuda in campo, ſuoque inquinata ſanguine. Jacebant autem prope mœnia, nec poterant commilitones accedere, ad ea ſepelienda, eo quod Cæſareos metuerent ac formidarent. Sed nec Cæſarei ad ſe pertrahere poterant iſta cadavera, ob Suecos, qui foris erant conſtituti, quapropter a porta remota & projecta, in campo ſita erant, donec a canibus conſumerentur.

בעת ההיא באו בספינה גדולה על
נהר מולטא ארבעים איש מעם
הקיסר והביאו עמהם חמשה קנים ש
השריפה הגדולי' ולא נודע הדבר לעם
שווידן אף כי שמרו המים נקרא ופשטא
במקומות הרבה וגם האכרים בכל גי
מדינות פיהם היתה ידם עם עם שווידן
אעפ"כ באו עם הקיסר במחבא עם ש
חמשה קנים הנ"ל על המים בספינה עד
לפה עיר פראג על מקום חדש·

Sub hoc tempus, adventabant per flumen Muldam in magna navi, ex Cæsareis viri quadraginta, quinque grandia tormenta secum vehentes, neque innotuit ea res Suecis, etiamsi in variis locis fluenta fluvii custodirent, quin & agrestes quoq; per universam Bohemiam cum iis facerent. Nihilo enim secius Cæsarei clanculum cum tormentis quinque, aquarum beneficio, navi Pragam, juxta Tractum Novum, delati sunt.

אז הביאו עם הקיסר קנה שריפה
אחת והעמידו אותה על סוללה אחת וש
והורו פתאום אל תוך המחנה שווידן
והם לא שמרו עצמם מלכת אנה ואנה
כי לא נסו כזה גם תמול גם שלשום
שירו עם הקיסר בקנה שריפה של
הגדולים ויהי כאשר הורו ויהרגו בם
בפעם אחת כמה ראשי צבא מעם ש
שווידן ולקצתם התיזו הפקעת ידיהם
ורגליהם אז נמס לבבם והיו למים.

Tum Cæsarei, unum ex his tormentis in aggerem evexere, atque ibi constituerunt, derepente exinde in media castra Suecorum jaculationem facientes. At illi, incauti, huc illuc itabant, nec enim diebus exactis, impetus Cæsareorum ex tormentis fuerant experti. Cum igitur isti nunc his uti cœpissent, uno ictu plurimos Præfectos Militares Suecorum occiderunt, aliquibus globus manus aut pedes abstulit: hac ergo ratione corda eorum aquæ in modum diffluebant.

וביום השלישי אחד עשר יום לחודש
חשון הורו עם שווידן עוד מהרי כרמים
אל תוך רחוב היהודים והגיע הפקעה
בהגג של בית הכנסת החדשה ויכה
והלכה הפקעה מעבר לעבר עד שהגיע
בהחומות בית הכנסת גבוה הבנויה נג
נעמדה וחרחרה בכותל והלכה למעלה
הכיפת בית הכנסת וגם נחה וביום ד'
למחרתו הורו ג"כ אל תוך הגג של בה"

Die hebdomadis tertio, undecimo mensis Chesvan, rursus jaculabantur Sueci ex montibus vinearum in vicum Judæorum, atque offendebat globus & Novæ & Veteris Synagogæ tectum; transverberabat enim tectum ex utroque latere, pervadendo ad murum usque Synagogæ excelsæ, quæ ex adverso condita, ibi in parietem incurrens, denique supra fornicem

dela-

הישכה מעבר לעבר והיתה משקלה
יותר מארבעים ליטרות והניחו בו
היהודים הפקעה למשמרת לזכרון בה
בהיכל ה'.

delatus est, atque sic requievit. Similiter die sequenti quarto, perfoderunt quoque tectum Synagogæ Veteris utrinque, globo, cujus pondus libras XL. superabat, eumque reliquere Judæi memoriæ perpetuæ causa, in æde illa Divina.

אז כאשר ראה הראש וויטן בערג ושני ראשי צבא שעמו הוא הפלן גראב וקונגש מרק שכל עם שלהם כל ראש קרחה וכל כתף מרוטה ושכר לא היה להם וכל יגיעם לריק היה נתנו דעתם ומחשבותם ליסע מעל העיר כי ראו כי לא היו יכלו להלחם עליה רק ביום הששי ארבעה עשר יום לחדש חשון שלחו אל ראשי עם הקיסר על יד איש המשמיע ב בחצוצרות כמנהגם לשלוח במלחמה וגם והתרו בעם הקיסר ובראשי צבא שימסרו העיר ברצון טוב ובנפש חפיצה ואז יאותו להם להיות לעם אחד ושלא יצורו אנשי העיר במס כפייה ונגישה רק ישבו אש בשלום איש תחת גפנו ואיש תחת תאנתו רק עשו אתנו ברכה וטוב הארץ תאכלו וישבתם לבטח אתנו ואם תמאנו ומריתם חרב תאכלו ורבים חללים יפילו ועצומים כל הרוגיהם ושלא יותירו מהם עד בקר אפילו משתין בקיר : אבל כל ראשי צבא המלחמה של עם הקיסר ובראשם השר קלירעדא וגראב קונטי חזקו עצמם והחזיקו את כל אנשי העיר במתק לשונם להקהל ולעמוד על נפשם באמרם כי ידענו ב בבירור ואמת הדבר וכאשר שמענו על ידי התיירים ושלוחים ששלחנו להקיסר

Ergo, cum animadverteret Campiductor Wittenbergius, juxta cum duobus Ducibus qui ei aderant, Comite nimirum Palatino, & Konigsmarckio, quemque suorum calvo capite, humerisque attractis esse, neque ullum operæ pretium se referre, sed omnem laborem in vanum cedere, mente cogitationeque proposuerunt, recedere ab urbe, videbant enim, non posse se illam expugnare. Attamen, die sexto hebdomadis, & XIV. mensis Chesvan, mittunt ad Præfectos copiarum Cæsarearum tubicinem, (tales enim in bello ablegare mos est,) atque hortantur milites Cæsareos, cum illorum Præfectis, urbem libentes suaque sponte traderent, tum futuros se populum cum iis unum, nec oppressuros cives violentis exactionibus: habitaturum sic quemque sub sua vite ac ficu. Tantum, ajebant, benigne nobiscum agite, atque sic gaudebitis opimis terræ proventibus, & degetis securissimi. Quod si vero refragabimini, & obsistetis, comedet vos gladius, multi confossi jacebunt, & præstantissimi quique peribunt, nec superfuturus est cras, qui mejat in pariete. Sed Præfecti copiarum Cæsarearum omnes, & inter hos antesignani, Pro-Rex Coloredo, Comesque Conti, robur tum ipsi induebant, tum, universis civibus blandis verbis animum

ילה שבעגלא ובזמן קרוב ישלח לנו ש
אדונינו הקיסר עזר וסיוע הנקרא בלשו'
לשון זקארם וכן עשו תמיד השרים וג
וראשי צבא עם הקיסר לא זזו ולא
נעו ואף בלילה שכבו תחת האהל תחת
רקיע השמים נגד החומה במקום ש
שנפרצה לגדור גדר ולעמוד בפרץ ·

mum addebant, ut colligerent se, ac strenue defenderent, dicendo: Scimus evidenter certissimeque, ac fidem fecerunt nobis non minus exploratores, quá a Cæsare (cujus honores Deus adaugeat!) missi nuncii, celeriter ac intra perbreve tempus daturum nobis Cæsarem auxilium ac suppetias, vel, uti vulgo vocatur, Succursum. Atque hoc assidue faciebant Cæsarei Optimates ac Præfecti bellici, neque recedebant, aut loco se movebant, sed noctu quoq; in tentoriis sub dio, prope mœnia, ibi, ubi rupta fuerant, recubabant, ut sepem quasi obducerent, ac hiatui essent obturamentum.

גם עשו עם הקיסר בתוך העיר
נגד השער גלגין טאר לאחר שנפל
המגדל לארץ בנינים גדולים של עץ
מרובעים וממולאים בעפר וקלועים יחד
גם חפרו חפירות בקרב הארץ שקורין
מינא בלא להשבית ולבטל החפירות
שעשו עם שווידן מבחוץ כי בתחבולה
עשו מלחמה על ידי עצת ומחשבה ש
אשר יעצו וחשבו השר קלירעדא וגראב
קונטי·

Pararunt quoque Cæsarei, intra ipsam urbem, haud procul a porta patibuli, postquam in terram collapsa fuerat turris, structuras quadratas ingentes e ligno, intus terrare pletas, probeque commissas. Effoderunt insuper cuniculos in imo solo, quos vulgo Minen vocant, ut Suecos foris cuniculos facere impedirent ac prohiberent: ex occulto enim Suecos impugnabant, sequentes consilia & meditamenta, quæ Comes Coloredo, ac Comes Conti excogitabant & suggerebant.

וכן השיבו תשובה לאיש המשמיע
בחצוצרות כה תאמר לאיש אשר שלח
אותך אליכו הוא השר וויטן בעריג ש
בצירוף אליו שאר ראשי מלחמה בזה
לך לעגה לך העיר פראג וויושבי' אל
תבטחו בעשק ובגזל אל תהבלו כי כ
יגאה לבבכם על מה שעשקתם וגזלתם
במקום קטן ובאתם לשם בחחבא כמ
כאשר יבא הגנב במחתרת הלא תדעו

Proinde, hoc tubicini dedere responsum: Heus, sic inquito Viro, qui te ad nos ablegavit, Campiductori nimirum Wittenbergio, cæterisq; ei adhærentibus Ducibus militaribus: Contemtui te habet, ridetque Pragensis civitas, cum suis habitatoribus. Nolite fiduciam reponere in prædam, nolite inhiare rapinis. Effert se cor vestrum, quia subegistis & diripuistis Micropolin, ac

הלא תבינו כי מקום ישן ומקום חדש
אינם כמקום קטן וזה גם אשר נשבענו
שנינו השם השר קלירעדא וגראב ק
קונטי וכל יושבי העיר כלה כי כל עוד
רוחינו ונשמתינו בנו ואפילו חרב חדה
תהא מונחת על צוארינו אל ימנע כל
אחד מאתנו את עצמו מלעמוד ללחום
נגדיכם ·

clam eo veniſtis, furis nocturni, ædes effringentis in morem. Annon intelligitis, annon perſpexiſtis, de Tractu Veteri, TractuqueNovo aliter ſe rem habere, ac de Micropoli? Quin & ambo nos, Coloredo & Conti, cum totius urbis incolis univerſis, jurejurando nos obſtrinximus, quoad ſpiritus animaque nobis ſupererunt, ac etiamſi gladius evaginatus impendeat cervicibus noſtris, non ceſſaturum quenquam noſtratium adverſus vos depugnare.

ועל כן כשמעו ראשי צבא של עם
שווידן את הדברים האלה גם נודע להם
על פי הדרישה והחקירה אשר שלחו מ
מלאכים קלי' לתור ולחפור במדינה אם
ישלח הקיסר עזר וסיוע ליושבי העיר וכ
וכאשר שמעו שיבואו לערך עשרת אלפים
איש מעם הקיסר כאשר תמצא לפנים
כתיב עוד החלו לנסוע מעט מעט מעל
העיר ·

Cum Præfecti militares Suecici hoc reſponſum percepiſſent, & per exploratores quoque ac indagatores, quos leves & expeditos, ad hinc inde explorandum num Cæſar urbi auxilium & ſuppetias laturus eſſet, emiſerant, didiciſſent, decem millia militum Cæſareorum (qua de re infra quoq; dicetur,) adfutura, ſenſim ab urbe, usque & usque recedere cœperunt.

וביום ראשון ששה עשר יום לחדש
חשון נסעו מעל העיר בראשון עם ק
קנים השריפה הגדולים וקצת עם ולמחרת
מו"ב חשון נסעו כלם מעל פראג דרך
ברנדיס ויבואו עד עיר קעלין שבעה
פרסאות מפראג ושם חנו · והראש ק
קיניגש מרק חזר ונסע אל מקומו ש
הראשון על מקום קטן אל תוך המבצר·

Die primo hebdomadis, ſexto & decimo menſis Cheſvanis, urbem deſerebant: atque primum pars cum tormentis abitum parabat, poſtridie vero, bonVs & faVſtVs Is nobIs dies Cheſvanis illuxit, quo omnes ab urbe Pragenſi diſceſſere, atque viam quæ Brandeiſium ducit petendo, usque ad Kolinium oppidum pervenerunt, quod ſeptem milliaribus Praga diſtat, ibi caſtra locabant. Dux militaris vero Konigsmarckius, revertebatur recipiebatque ſe in locum priſtinum, Arcem nimirum quæ eſt in Micropoli.

Cæte-

ושמעתי מפי מגידי אמת מיהודים
הדרים במדינה שכאשר שבו לאחור עם
שווידן ובאו לגליל קעלין הנ"ל הוכרחו
כל המקומות ליתן פדיון נפשם וראשי
צבא של עם שווידן ספרו ליהודים את
כל הקורות אותם בהמלחמה ונשבעו
להם שאם לא נפל השלום בפעם הזאת
ואם היה נמשך עוד שמנה ימים ע זה
הסכמה ביניהם לשרוף ולשרש ולאבד את
כל מדינת פיהם מכפר הפרזי עד אבל
הגדולה ולהעמיד עיר פראג נר זה
ובהשגחה פרטית מאתו ית' שלא נעשתה
כזאת:

Cæterum, audivi ego ex ore hominum veracium, Judæorum puta in illo districtu degentium, Suecos cum retrocederent, ac Colinium peterent, coëgisse omnia vicina loca ad solvendum lytron. Atque tribuni militares eorundé, narrabant Judæis (*Coliniensibus*) omnia, quæ in illa expeditione acciderant, jurejurando insuper iis confirmantes, quod nisi tum cessationem facere coacti essent, atque per octo dies producere potuissent obsidionem, constitutum iis fuerit, comburere, devastare, ac perdere Bohemiam omnem, a minimo pago, ad urbem usque regiam, atque redigere Pragam in acervum lapidum. Quamobrem providentiæ singularis divinæ opus est, quod hæc in effectum non fuere deducta.

אז כאשר נסעו עם שווידן מעל ה
העיר יצאו מן העיר כל העם אשר ב
בתוכה למגדול ועד קטן איש ואשה נער
בחור ובתולה יהודים גוים וראו את כל
מעשה הגדול והנורא אשר עשו עם ש
שווידן הסוללות ודיק וחפירות ארוכות
ורחבות בארץ שקורין לאף גראבין בל"א
וחפירות בקרב הארץ מינה בל"א וגם
בנינים רבים מעץ כי המלאכה לא ה
נעשתה ליום אחד ולא לשנים וכאלו
היה מחשבתם לצור על העיר ימים ושנים
עד רדתה:

Enim vero, cum recessissent Sueci ab urbe, exibant omnes qui in ea morabantur incolæ, maximi, minimi, viri, fœminæ, juvenes, adolescentes, virgines, Judæi pariter Christianique, ac contemplabantur insignia & stupenda opera, quæ Sueci moliti fuerant, aggeres nimirum illos, munimenta, fossasque longas & latas, quas Germani Laufgräben appellitant, cuniculos præterea, & structuras ligneas. Neq; enim intra uni, diei aut bidui spatium hæc excitata sunt, eratque iis propositum, per dies multos annosque continuare obsidionem, quoad urbs in potestatem redigeretur.

ואז הוכרחו את היהודים ללכת ע
מחוץ לעיר לנתוץ ולהרוס את כל ש

Tum coacti sunt Judæi, prodire ex urbe, atque diruere & evertere omnem istam fabricam, quin & destrue

הבנינים ולאבד את כל המקומות אשר
עבדו בם הגוים על ההרים הרמים
ועל הגבעות ואת כל החפירות אשר
חפרו עם שווידן סתמום ומלאום עפר
ואותו היום ראה ראינו הרוגים ושרופים
הרבה מאוד מונחים מחוץ לשער ולחומות
העיר ונפלה נבלת האדם כדומן על
פני השדה ערומים מבלי כסות ישמח
צדיק וגו' כי אחרי כך באזנינו שמענו
ועצתם ספרו ליהודים במדינה את כל מ
מחשבותם שהיו להם עלינו יהודים פה
פראג ואלו הכין כלי מות לאכול אותנו
כאוכלי לחם והיינו כלם מטים להרג
לקחים למות וחשבו מזימה בל יוכלו
ולא ניתן לכתוב את כל מעשיהם וג
ומחשבותם וה' הפיר עצתם ולמען דעת
צדקות ה' וחסדי ה' להזכיר כעל כל
אשר גמלנו ורב טוב לבית ישראל כתבתי
שמץ מנהו:

struere aggeres (*editos tormentarios,*) quos in arduis montibus & clivis Sueci excitaverant, obturare quoque & replere terra (*cuniculos*) fossasque quas effoderant. Ea die vidimus satis superque longe plurimos occisos ambustosque prope portam urbis & mœnia jacentes, projectaque erant cadavera humana in solo, stercoris instar, nuda, sine tegumento. Lætetur justus &c. (*Sapienti enim sat, & facile reliqua quæ huc pertinent, ex Ps. LVIII. 11. quisq; suppleverit*) Audivimus postea auribus nostris, ipsiq; Sueci Judæis extra metropolin habitantibus, narrabant consilium & propositum quod adversus nos Judæos Pragenses meditati fuere. Parata jam erant tela lethifera ad comedendos nos, prout panis comedi solet, omnes occisioni destinati eramus, & internecioni adjudicati. At, omnes vires suas excedentia, animo volvebant, nec sufficio ad describenda cuncta illorum facta & cogitata. Sed Deus disturbavit illorum consilium: atque, ut innotescant Dei beneficia & misericordiæ, ac ut perennet memoria bonorum, quibus gentem Israëliticam affecit, pauca quædam ex iis annotavi.

אז באו מספר ההרוגים רשום בכתב
אמת מה שנהרגו ונפלו מעם שווידן
מיום שצרו על העיר עד היום שחזרו
ונסעו מול העיר והיה עולה מספר ט
הרוגים עם הנזוקים ועודם מוטלים על
ערש דוי נטויים למות יותר מסך שמנת
אלפים איש ולפי ההכנה והזמנה שש
שהכינו והזמינו עצמם עם הקיסר עם

Tum numerus occisorum, secundum rei veritatem initus fuit, quotquot nimirum ex Suecis a die quo oppugnari urbs cœpta est, usque ad abitum & receptũ eorundem perierant, atque tum occisorum, tum sauciorum, qui adhuc in lectis languidi fatoque proximi distenti jacebant, summa exuperabat (ex hominum millia. Interim, si quis dispositionem & ordinationem, quam Cæsarei milites cum omnibus urbis incolis ad

כל יושבי העיר להקהל ולעמוד על ה
נפשם זולת גזירות ית"ש לא היה מן הש
האפשר לכבוש העיר והיו הולכים וכלים
עם שווידן עד תומם גם באו במספר
כל היריות הגדולות שהורו עם שווידן
בקנה השריפה הגדולים שקורין גשין
בנ"א על החומה ועל המגדלים ועל ש
העיר כלה היה עולה יותר מחמשים אלף
יריות:

lis ad se uniendos tuendosque instituerant, respiciat, deprehendet, impossibile fuisse, ut citra iratæ Providentiæ Divinæ adversum decretū, urbem occuparent, sed eventurum erat, ut Sueci sensim indies magis magisque imminuerentur, quoad omnes interirent. Fuit quoque collecta summa omnium jaculationum vehementiorum, quibus Sueci ex tormentis, mœnia, turres, urbemque petierant, eaque, ad quinquaginta millia & amplius consurrexit.

וביום השלישי שמונה עשר יום לחודש
חשון ובשמחה לפ"ק באו לכאן עיר פ
פראג עזר וסיוע מעם הקיסר הנקרא
ציקארש בלשון לטין כנ"ל וגלל כן יצ
ולסבה זאת נסעו עם שווידן מן העיר
ושבו לאחור כי הם היו יודעין זאת מ
מבחוץ טרם שידענו זאת ובאו עם של
הקיסר כמו עשרת אלפים איש כלם
אחזי חרב מלמדי מלחמה ועם חמשה
עשר קנים השריפה הגדולים.

Die hebdomadis tertio, Chesvanis decimo octavo, anno quem complectitur symbolum ובשמחה & *gaudeamus*, adventarunt in urbem Pragam auxilium & suppetiæ Cæsareæ, atque hanc ob causam & rationem, deseruerant Sueci urbem, & retrocesserant, ipsi enim foris prius id resciverunt, quam nobis in urbe hoc innotuit. Erant autem Cæsarei decies mille numero, omnes robusti, belloque probe exercitati, advehentes secum quindecim tormenta.

ותדע ותשכיל מן מוצא הדבר איך
שבאו עם הקיסר בעזר האל על ידי
יהודי אחד שמלאכוהו השרים ראשי צבא
המה השר קאלירעדא וגראף קונטי פ
בשליחות אל אדונינו הקיסר יר"ה בעבור
שישלח עזר וסיוע והיהודי הולך את ה
העם דרך יערות ארחות עקלקלות מפני
שעם שווידן ארבו על כל הדרכים גם
כפריים בכל המדינה נהפכו להם לאויבי'

Ex dicendis patebit, atque manifestum evadet, suppetias istas Cæsareas, post Dei auxilium, venisse Judæi cujusdam interventu. Hunc enim ablegaverant Præfecti militares Cæsarei Pro-Rex Coloredo & Comes Conti clam ad Cæsarem Dominum nostrum (quem Deus felicem fortunatumque præstet!) rogatum, opem ferre dignaretur. Atque is Judæus duxit milites per sylvas & vias invias, quia Sueci ubique in insidiis excubabant. Agrestes

ועל פי היהודי יצאו ועל פיו יבואו והוא היה להם לתייר ולעינים על הדרך וזולתו אי אפשר היה להם לבא ·

ſtes quoque totius regionis, in inimicos ſe converterant. Sequebantur igitur ductum iſtius Judæi, qui exploratoris, imo vero oculorum inſtar iis erat in hoc itinere, quod, illo deſtituti, nequaquam conficere potuiſſent.

ואתה שמענא ודע לך שטרם שנסע השר וויטן בעריג מהמבצר כנ"ל ובנה מצור על העיר היה הוא והשר ר גרא"ב פוכס שניהם יושבים על השלחן ובטוב לבם ביין המרו זה את זה באם שיכבוש הוויטן בערג את העיר כלה יחוייב ליתן הגרא"ב פוכס כפל פדיון כשמו רנציואן בלע"ז ואם שלא יכבוש ש העיר כלה אזי יפטרהו לשלום ולחפשי ישלחנו ויצא חנם אין כסף בכן השר וויטן בעריג שמר את הדבר ומוצא ש שפתיו לא שנה ושלחוהו בתפים ובמחולו' לעיר ווינא ·

Audi obſecro mi Lector, & nota ſedulo, cum nondum abiiſſet Campiductor Wittenbergius ex arce, & adhuc munimenta adverſus urbem excitaret, hunc & Comitem Bucheimium menſæ ſimul accubuiſſe, & dum uterque genio indulget, ſponſioné feciſſe, ea lege, ut ſi Wittenbergius omnem urbem in poteſtatem redigat, duplum lytri, quod *Ranzion* vulgo dicitur, præſtare cogeretur Comes Bucheimius, ſi vero id perficere nequeat Wittenbergius, alter ſalvus & incolumis dimitteretur. (*Soluta igitur obſidione*) gratis ſine pretio diſceſſit Bucheimius: ſtabat enim promiſſis Wittenbergius, nec violabat datam fidem, ſed amandabat Bucheimium Viennam, cum tympanis & tripudiantium choris.

הגיד לך אדם מה טוב כי ביום ש הששי עשרים ואחד יום לחודש חשון באה השמועה לכאן עיר פראג ע"י ע אנשי המשמיעים בחצוצרות שבעיר מ מינסטר בארץ אשכנז תם ונשלם השלום בין המלכיות כי שם היה מושב השרים משולחים מהקיסר יר"ה וממלכות צרפת הנקראה פראנצא וממלכות שווידן ומכל דוכסי הברירה להמציא דרך נכון לתייך השלום בין המלכיות ולא לנצח תאכל חרב: בכן באה השמועה בקול גדול ולא

An vero quisquam unquam lætius nuncium accepit, quam cum die hebdomadis ſexto, viceſimo primo Cheſvanis nobis Pragæ per tubicines ſignificatum fuit, Monaſterii in Germania perfectam concluſamq; inter Summas Poteſtates eſſe pacem? Ibi enim degerant hactenus Legati Cæſaris, Regumque Galliæ ac Sueciæ, omniumque Electorum, ut commodam viam inirent, conciliandæ pacis inter pugnantes Principes, ne in omne ævum fatalis gladius graſſaretur. Venit igitur tantæ rei fama clamore magno,

ימק ואמת ויציב נכון הדבר שהשוו שם יחד ונעשה שלום בעזר האל אבל פרטי הדברים לא נשמע עדיין ומאותו יום והלאה לא היו מורים עוד אלו על אלו ותשקט הארץ גם הם נפגשו זה בזה על פני השדה לא עשה לרעהו רעה ונחה שקטה כל הארץ פצחו רנה׃

magno, nec cessavit, erat enim verum certumque, quod ibi mutuo convenerant, & Dei beneficio pax fuerat confecta. Verum, de conditionibus speciatim nihil adhuc constabat, ab illa tamen die & deinceps, neutra pars aliam jaculationibus amplius infestabat, sed requievit terra, cumque in campo se mutuo offenderent, non lædebat alter alterum, sed tranquilla erat regio, nisi quod lætitiæ sonitus reboabat.

ביום ראשון הוא ראש כסליו כאשר נתאמת אצל עם שווידן שנגמר השלום לקח הראש קיניגש מריק יתר הבז שהיה עדיין במקום קטן ובמבצר פה פראג. גם אפילו החלונות בחדרים שבמבצר לקח והטעין שמונה עשר ספינות מלאות כל טוב ושלחם דרך נהר מולטא למדינת מייסן וכל המטלטלין וסגולת מלכי׳ ומלכים הקסרים קדמונים שהיה באוצר במבצר אן הכל

Die hebdomadis primo, primoq; mensis Kisleu, cum confirmatum esset suecis, convenisse de pace, rapiebat sibi Dux Bellic⁹ Konigsmarckius residuum prædæ, quod supererat in Micropoli, & in Arce Pragensi, ipsas quoque fenestras ex Arcis conclavibus auferens. Sic naves octodecim opibus plane replevit, hasque secundo Mulda flumine, in Misniam contendere jussit: abstulit quoque omnem supellectilem gazamque Regiam, priorum Regum atque Cæsarum, quæ in Pragensis Arcis gazophylacio asservabatur.

גם היה פה פראג גור אריה אחד שנתנו הדוכס מאינס פרוק להקיסר במתנה גם את הארי לקח הקיניגש מרק ושם אותו בבית אחד עשוי משל עץ כמו לול של תרנגולים ושלחו למדינת מייסן בספינה עם יתר הבז ככ״ל׃ אז שבו הכפריים שבמדינת פיהם הראש של עם קרוו אשין נקרא אוברשטר פירקא ולקחו ממנו את כל אשר לו ואחר מסרוהו לעם שווידן

Erat præterea Pragæ Leo juvencus, quem Archidux Oenopontanus Cæsari dono dederat, etiam hunc cepit Konigsmarckius, eumq; caveæ ligneæ, gallinario simili, inclusum, navi cum reliqua præda misit in Misniam. Inter hæc capiunt rustici Bohemici Tribunum Croatarum, qui vulgo Oberster Pirka audiebat, omnia quæ secum habebat, illi auferentes, ac tradentes eum postea in manus Suecorum.

Verum

והוצרכו לפטרו בלתי פדיון שקורין ל
רנצוואן מאחר שנעשה שלום ביניהם·

Verum hi, cogebantur illum impune sine lytro dimittere, quia pax fuerat constituta.

ובביום הששי חמשה ימים לחדש כסליו
חזר ובא על המבצר הפפלן גראב ו
והורו לכבודו יריות גדולות וביום ראשון
שבעה כסליו פתחו עם הקיסר ועם
שווידן בהבנינים שעשו משני צדדים
על הגשר אלה מזה ואלה מזה כדי ש
הילוך סוס ורוכבו·

Die hebdomadis sexto, quinto mensis Kisleu, reversus est Comes Palatinus in Arcem, cujus honori, tormentorum maxima exonerabantur. Die postea primo sequentis hebdomadis, septimo mensis Kisleu, fecere Cæsarei Suecique, in illis munimentis, quæ utrinque in ponte excitaverant, tantam hinc & hinc aperturam, ut equo insidens commode transire posset.

ואז היו הולכים ושבים אלו לאלו
אלו לאלו גם יהודים רבים הלכו ו
וסחרו במקום קטן כאשר לפנים בישראל
הלכו ושבו דרך הגשר בשלום ובשלוה
אין שטן ואין פגע רע רק שמירה אח ד
מעם הקיסר היה בצד זה ושמירה אחת
מעם שווידן מצד השני·

Tum ultro citroque commeabant utriusque loci habitatores: Etiam Judæi multi Micropolin adibant, ibique mercaturis negotiabantur, prout olim fecerant. Ibant igitur redibantque per pontem, in pace ac tranquillitate, nec erat qui eos offenderet, aut illis crearet molestiam. Tantum miles Cæsareus ab una parte pontis excubias agebat, & Suecicus, a parte altera.

גם חזר ובא למקום קטן הראש ו
וויטן בעריג ועמו שללו ובזזו בעיר ק
קעלין גם היהודים שמה הוצרכו ליתן
פדיון נפשם והכו עם שווידן לאשה י
יהודית עד שהפילה ויצאו ילדיה·

Recepit se quoque in Micropolin Campiductor Wittenbergius, cujus milites oppidum Kolinium diripuerant & expilaverant. Etiam Judæi, qui ibi degunt cogebantur se redimere; ac percussere Sueci ibidem fœminam Judaicam in tantum, ut abortum pateretur, fœtumque ederet immaturum.

ואח״כ כשהיו רוצים ראשי עם צבא
מעם הקיסר ומעם שווידן לוועד ולהוועץ
יחדיו לא הלכו אלו לאלו כי להעדר כ
כבודם חשבו זאת על כן נבנה על הגשר
חדר אחד למען שתהא מתוך וממוצע בין

Postea, cum Duces militiæ Cæsareæ Suecicæque convenire acconsilia conferre vellent, non visitabant sese mutuo, quia id cœptum existimationi eorundem præjudicium allaturum videbatur, sed in pon-

שניהם ושם ישבו ונועצו יחדיו אבל כש
כשהקריאו והזמינו אלו לאלו לאכול ו
ולסעוד יחד היו הולכים אלו לאלו ואלו
לאלו וכן היו שבראש חדש טבת סעד
השר קליר עדא אצל הראש וויטן בעריג.
במקום קטן והורו שם לכבודו יריות ג
גדולות בבואו ובצאתו · אח"כ אצל וסעד
הגרא"ב קונטי אצל הפפאלץ גרא"ב במקום
קטן והורו גם כן לכבודו בבואו ובצאתו
וכן ביום השני ג' טבת אצל וסעד ט
הראש וויטן בעריג ואת אחד של פפאלץ
גרא"ב אצל השר קליר עדא במקום ישן
והורו בכל פעם במקום ישן יריות רב
גדולות ורבות ועוד ביום א ך טבת אצל
הוויטן בעריג אצל השר קליר עדא·

ponte condita fuit ædicula, medio inter utrosque loco, atque ibi ſedentes conſultabant. Aſt, quoties ad cœnam & epulas ſe invicem invitarunt, tum utrique conveniebant. Sic nempe cœnabat Pro-Rex Coloredo primo die menſis Tevet in Micropoli apud Wittenbergium Campiductorem, ſub cujus adventum, abitumque, honoris cauſa factus ſonus eſt ex majoribus tormentis. Deinde epulabatur Comes Conti, apud Comitem Palatinum, in eadem Micropoli, quem ſimiliter adventantem recedentemque, tormentorum exploſionibus honorarunt. Eadem ratione prandebant die ſexto hebdomadis, tertio menſis Tevet, Wittenbergius, & Comitis Palatini Frater, in Tractu Veteri apud Pro Regem Coloredo, ubi ſimiliter tormentorum magnæ multæq; exploſiones factæ ſunt. Quin & vigeſimo die menſis Tevet, qui in primam hebdomadis incidebat, Wittenbergius apud Pro-Regem Coloredo eſt convivatus.

וביום הרביעי שמונה ימים לחדש ט
טבת נסע הראש קיניגם מריק מפה פ
פראג לדרכו אל ארץ מולדתו והורו ל
לכבודו אחריו יריות גדולות ורבות לאין
מספר ושללו ובזזו עם שלו בעיר פומסל
והיהודי' נתנו פדיון נפשם וביום השבת
שמונה עשר יום לחדש טבת נסע לדרכו
למדינת שוודן הפלץ גרא"ב והורו לכבודו
בהמבצר ובמקום קטן יריות רבות והראש
וויטן בעריג נשאר על המבצר ומקום קטן
הוא ועמו וביום ה' ר"ח שבט נשמע שנפל הוא

Die hebdomadis quarto, octavo menſis Tevet, diſceſſit Konigsmarckius Praga in patrias oras, quem, honoris cauſa, infinitis tormentorum exploſionibus proſequebantur. Ejus milites, oppidum Pumſel deprædati ſunt, quibus Judæi lytrum ſolvebant. Mox ejusdem menſis Tevet die decimo ſupra octavum, luce Sabbatica, Comes Palatinus verſus Sueciam abiit, in cujus honorem itidem ex Arce ac Micropoli tormentorum creber ſonus excitatus eſt, reſtabatque Wittenbergius Campiductor in Arce & Micropoli cum copiis ſuis, quem, circa principium menſis Schevet, hebdomadis quinto die, graviter decubuiſſe inaudivimus, ex morbo atroci, qui, alteram manuum infeſta,

למשכב כי בא לו חולי גדול בידו אחת
ונפל למשכב כמה שבועות:

bat, quiq; eum multis hebdomadibus lecto affixum tenuit.

וביום החמישי חמשה עשר יום לחדש
שבט נפל קול הברה בעיר שעם הקיסר
וגם הבחורים נקרא שטודענטן רוצים
לנקום בעם שוודן טרם שילכו מפה ב
בשלום וכאשר נשמע הדבר לעם שוודן
נפל פחד ורעדה עליהם ואותו הפעם
היה הנהר מולטא קרוש ונגלד וכי גם
בזה החורף נקרשו המים שני פעמים
והיו עם שוודן עושים מלאכה במים
רבים וחפרו ונתקו הגלד והקרח שב
בנהר לעמת המבצר ומקום קטן כאופן
שלא יוכלו עם הקיסר לבא עליהם פתע
פתאום:

Die decimo quinto mensis Schevet, quinto die hebdomadis, fama magna urbem pervasit, velle milites Cæsareos, & adolescentes, quos Studiosos vocant, ultionem prius sumere de Suecis, antequam in pace dimittantur. Quod, cum Sueci comperissent, invasit eos pavor & consternatio. Erat autem tum fluvius Mulda gelu constrictus, atq; omnino bis hac hyeme aquæ conglaciatæ fuerant. Multum igitur in aquis laborabant Sueci, effodiendo effringendoq; glaciē fluminis juxta Arcem & Micropolin, ne ex improviso a Cæsareis possent invadi.

וביום החמישי ששה ימים לחדש ע
אדר עסקו עם שוודן של המבצר עם
עפר השריפה בבית של כלי מלחמה
וקנים השריפה נתונים שמה נקרא
ציוג הויז בל״א ונפל ניצוץ אחד אל תוך
עפר השריפה ויהי כעלות הלהב נשרפו
בפעם אחד חמשה עשר חביות מלאים
עפר השריפה ונשרפו שלשה נפשות ש
שהיו שם ונעשה היזק גדול בכלי מלחמה
וגם אחז האש בבית ההוא והוצרכו ה
היהודים ללכת לכבות האש:

Die sexto mensis Adar, quinto die hebdomadis, tractabant Sueci pulverem nitratum in domo illa Arcis, ubi omnia arma & bombardæ asservantur, quæque Germanis Zeughaus dicitur. Incidit vero scintilla unica in pulverem, qui, cum ignem concepisset, simul quindecim doliola eodem repleta, absumta sunt. Hinc læsi fuerunt viri tres, qui ibi aderant, plurimumque damni armis illatum est. Corripuit quoque ignis ipsum ædificium, coactique sunt Judæi illuc se conferre, & ignem restinguere.

וביום הרביעי שנים עשר יום לחדש
אדר פתחו בהמכונו׳ והסוללות שעל הגשר
שעשו עם הקיסר מפה ועם שוודן א

Die duodecimo mensis Adar, die hebdomadis quarto, pandebant Cæsarei Sueciq; in munimentis ac aggeribus quos in ponte utrinq; condide-

מפה פתח רחוב מאוד עד שעגלות וכ
וקרונות נכנסים ויצאים בו׃

diderant aperturas magnas, tantæ capacitatis, ut currus & vehicula ultro citroque pertransire possent.

בימים ההם נסע הראש וויטן בורג
לעיר ערפרט ואח״כ לעיר קסיל במדינת
העסין כי שם נועדו יחד כל ראשי ה
מלחמה של שוועדין ונועצו וגמרו ב
ביניהם איך שיתפשטו ויתפרדו ללשונותם
בארצותם לגויהם·

Circa hæc tempora, profectus est Campiductor Wittenbergius Erfesam, deinde porro Cassellam Hassiæ, ibi enim conveniebant omnes Duces militares Suecici, ut deliberarent ac concluderent invicē, quo se quisque gentium convertere, & ubi imposterum sedem figere vellet.

וביום החמישי עשרים וששה לחדש
ניסן חזר ובא הוויטן בערג ובא אל ה
המבצר והורו מאוד לכבודו וביום השני
שני ימים לחדש אייר אכל וסעד על ה
מקום ישן אצל שער גראב טשערנין
והורו מאוד לכבודו בבואו ובצאתו·

Die vicesimo sexto mensis Nisan, quinto die hebdomadis, revertebatur Wittenbergius in Arcem, inter tormentorum crebras explosiones, atque die secundo mensis Ijar, secundo die hebdomadis, in Tractu Veteri convivio exceptus est ab Excellentissimo Comite Tschernino, in cujus adventantis abeuntisque hospitis honorem, tormenta vehementer sonuerunt.

ובחודש אייר הנקרא בלשונם מייאוש
נסע השר וויטן בערג עם שרים רבים
ונכבדים מעם הקיסר להמרחץ הנקרא
קארלים באר בל״א רחוק ארבע עשר ה
פרסאות מפראג אשר מאז ומשכים דר
קדמוניות נמצא מרחץ ההוא על ידי ה
הקיסר קארלים·

Mense Ijar, quem Christiani Majum appellant, abiit Campiductor Wittenbergius cum multis viris Illustribus ex Nobilitate Cæsarea, in thermas Carolinas, quæ quatuordecim milliaribus Praga distant, & olim a Carolo (IV.) Imperatore fuere repertæ.

וביום השלישי עשרים ואחד יום ל
לחדש סיון הביאו עם שוועדין מעיר ה
טבור כל הקנים השריפה הגדולים ה
משם לפה פראג והוליכום על המים
נהר מולטא למדינת מייסן·

Die vicesimo primo mensis Sivan, tertio die hebdomadis, advexere Sueci Pragam omnia oppidi Taboris tormenta, atque secundo fluvio Mulda, miserunt eadem porro in Misniam.

אח״כ התאספו יחד בעיר נירנבורג.
שרים גדולים ונכבדים וחשובים נקראים
קומיסארי בלשון לטין והיו משולחים מ
מהקיסר יר״ה וממלכות צרפת וממלכות
שוודן כי שמה ישבו כסאו' השרים יחד
לגמר השלום שמה עם כל פרטי הדברים
על מכונם והיו שמה ימים רבים ·

וביום השלישי ארבע ימים לחדש אב
עשה הראש וויטן בערג. משתה ושמחה
בהמבצר פה פראג לכל שרי הקיסר
ירה הנמצאים בעיר והיו אצלו שרים ר
רבים מכל מדינות פיהם ולערב אחר
גמר סעודה הורו ירויים רבים בקנה ש
השריפה הגדולים וכן צוה הוויטן בערג.
לעשות מעפר השריפה צורות חיו' ועופות
תמונות כל דבר וכאשר הציתו האש ב
בהם פרחו למעלה אל אויר השמים עד
שנראה למרחוק: אחר כך נסע מפה ה
הראש וויטן בערג. לעיר נירנבורג. מקום
אשר התאספו שמה המשולחים שרי ק
קומיסארי ככתוב למעלה וחזר ובא פה
פראג. ביום ראשון של סוכות אשקט
נפק עם ראש שר צבא אחד מעם של
הקיסר נקרא יענעראל קארץ והורו מ
מאוד לכבודם וביום החמישי עשרים ו
וארבע יום לחדש תשרי הוא אסרו חג
נסע השר וויטן בערג. עם כל חילו מ
מהמבצר ובמקום קטן ומכל המקומות

Post hæc, convenerunt Noribergæ viri Principes & Proceres eximii, quos Commissarios vulgo vocabant, a Cæsare, (quem DEUS servet,) Rege Galliæ, ac Suecorum Regina missi, ut soliis ibi insidentes, pacis negotium perficerent, quasque res sigillatim in suum restituendo locum, atque hic diu commorati sunt.

Die quarto mensis Av, tertio die hebdomadis, parabat Wittenbergius Campiductor, in Arce Pragensi convivium ac Hilaria omnibus Cæsareis, qui Pragæ degunt, Ministris, atque convenerunt apud eum viri præcipui ex universa Bohemia. Ibi vesperi, post celebratũ conviviũ, ex tormentis majoribus plurimas faciebant displosiones. Jusserat quoq; Wittenbergius parari ex pulvere nitrato figuras animalium, avium, aliarumque rerum, eæ incensæ, in altum subvolabant per aëra, ita ut ex longinquo conspicerentur. Postea Praga discedens Wittenbergius, Noribergam se contulit, ubi Commissarii Illustrissimi (*ob executionis pacis negotium*) congregati erant. Reversus est deinde Pragam, cum diem primum ageremus festi Scenopegias, anno nostræ Æræ, quem complectitur symbolum, CVnCta paCIfICe Interea nobis nItent, comitatus quodam ex Ducibus militaribus Cæsareis, qui vulgo Generalis Karz audiebat, sub quorum adventum multæ displosiones ex tormentis fiebant. Die vicesimo quarto mensis Kislev, hebdomadis die quinto, & postremo Scenopegias, deseruit Wittenbergius cum omnibus copiis suis Arcem Pragensem,

Micro-

במדינת פיהם אשר היו שמה עם שווידן
לא נשאר עד אחד והלכו לארצם גם ג
מעיר איגרא נסעו והלכו להם אז תכף
בו ביום נסע הראש גראב קונטי עם כל
עמו מהמקום ישן מעבר להנהר אל ג
מקום קטן ואל תוך המבצר ובו ביום
הורו לכבוד הקיסר ולכבוד מלכות שווידן
ולשמחת השרים יריות רבות לאין מספר
מקנה שריפה הגדולים·

Micropolinque, nec non omnia loca, quæ in Bohemia tenuerant: non remanebat unus ex iis, sed universi regionem suam petebant; quin & ex Egerana urbe abibant excedebantque. Eodem mox die, Generosissimus Comes Conti, cum suis cohortibus ex tractu veteri per pontem, in Micropolin Arcemq; se conferebat, atque tum, in honorem Cæsaris, & Reginæ Sueciæ, ad exhilarandum quoque viros Magnates qui aderant, innumeri ex tormentis edebantur fragores.

ובעוד כל זאת היו שרי קומסארי ב
כנ"ל נועדו יחדיו בעיר נירונבורג לא
נפרדו אלו מאלו עד שגמרו כל פרטי
הדברים בענין השלום על מכונם ונגמר
ונשלם בלי פקפוק בעולם וכן נסעו עם
שווידן מעיר אולמין במדינת מערהין
ומשאר ערים בצורות שכבשו עם שווידן
מאז ויפרדו איש מעל אחיו מעיר נ
נירונבורג בכבוד גדול·

Interea temporis Commissarii (*qui executioni Pacis invigilabant,*) etiamnum Noribergæ congregati erant, neque ab invicem discessere, priusquam omnes & singulæ pacis conditiones implerentur. Reddita igitur Orbi bona fide pax est: recesseruntque Sueci ex Olmuzio Moraviæ, aliisque urbibus munitis, quas occupaverant. Post hæc demum Noribergæ, multo cum honore Legati sibi mutuo valedicebant.

ובהגיע היום שהיה שנתיים מיום ל
ליום לפי חשבונם דהיינו יום אחד בנ
לפני חוגא נקרא יקופא הוא היום שכבשו
עם שווידן המבצר ומקום קטן בזרוע ב
רמה ככתוב למעלה בתחלת הספר והיה
היום בשנה זו שנת ליש"ע לפ"ק בעשרים
וחמשה יום לחדש תמוז ביום הראשון היה
פה פראג בין השרים והמון עם שמחה ג
גדולה וחדוה רבה והוכרז השלום בתוך

Cum illuxisset dies quo exacte terminabatur biennium, ab Arcis & Micropoleos violenta expugnatione, parasceve nimirum festi, quod Christiani Jacobo dicant, quæ nobis, anno prædicto 410. erat vicesima quinta mensis Tammus, & prima hebdomadis, fuit tum Pragæ inter Optimates, & plebem quoque, gaudium ingens, & festivitas maxima, divulgabatur enim pax inter tympanorum & tubarum sonitus, tormentorumque explosiones, quæ Freudenschüsse nuncupantur. Distribuebant præterea Optimates inter

plebem,

העיר בתפים וחצוצרות והורו וריעות גדולות
רבות הנקראים פרויד שום ונתנו השרים
להמון עם בשר ויין ושכר לרוב למשתה
ושמחה וכן נעשה בעיר וויאנ עיר המלוכה
והיה עת רצון לפני אדונינו הקיסר יר״ה
ושלחו רצונים חפשים גוים ויהודים
ורב שחוק היה׃

גם היהודים פה פראג עשו ברשיון
השררה יר״ה ענין של שמחה לכבוד ע
אדונינו הקיסר יר״ה ולכבוד בנו אדונינו
המלך יר״ה ולכבוד כל השרים ועברו
ושבו משער לשער ברחוב היהודים עש
מסודרים כתות כתות בחורים ואנשים
בבגדי משי ובמלבושי כבוד בגדי שבת
ויום טוב ויש היו הולכים מלובשים ב
בבגדי לבן הנקרא קיטל בל״א ומעוטפים
עלי ראשם טלית לבן ונשאו ברחובות
קריה שני דגלים כאשר ניתנו לנו יהודים
מקסרים קדמונים להיות לנו לשם ול
ולתפארת ולחירות נגד כל העמים ובין
שני הדגלים נשאו חופה אחת וספר ת
תורה תחתיה ואנשים רבים מסביב
מלובשים במעילים של ספרי תורות ולפני
החופה ואחר החופה היו הולכים אנ
אנשים בכל מיני כלי זמר ובצלצלי ת
תרועה ומחצצרים בחצוצרות והחזנים ע
עשו מי שבירך וכו׳ לאדונינו הקיסר

plebem, carnis, vini, cerevisiæque magnam copiam, ut epulari ac hilares se præbere possent. Idem Viennæ, ubi sedes Imperatoria, pariter fiebat, nam & Cæsar, Dominus noster, (cui Deus benefaxit) multum gaudebat, ejusque jussu Christiani Judæique, qui captivi detinebantur, in libertatem restituti sunt, magnaque erat exultatio.

Etiam Judæi Pragenses impetrata a supremo Magistratu (quem Numen tueatur) venia, in honorem Cæsaris (cui iterum Numen propitium precamur,) honoremque Filii ejus Regis nostri (cui similiter Deus ætatem faveat,) nec non in honorem omnium Optimatum, suæ lætitiæ expressionem ediderunt. Itabant enim per vicum suum, ab uno ejus aditu ad alium, viri adolescentibus permixti, turmatim, vestes sericeas splendidas, & quales sabbaticis festivisque diebus vestire mos est, induti; quidam tunica alba amicti erant, quam Germani Kittel appellitant, caputque palliolo albo obvelaverant. Circumferebantur quoque per urbem vexilla duo, quæ, Judæis, Cæsares antiqui donarunt, existimationis, honoris, & libertatis nostræ publicum testimonium. Inter hæc vexilla Conopeum, & sub eo Legis Sacræ Volumen gestabantur, cincta aliquammultis, qui cortinas quæ sancto Legali conditorio obducuntur, sibi aptaverant, præcedentibus Conopeum, sequentibusq;, musicis, varii generis instrumenta musica pulsantibus, atq; hi insuper sistris tinniebant, & tubas inflabant. Cantoribus interea pro vita ac salute Cæsaris, Domini nostri, Dominique nostri Regis, omniumque

que

יר״ה ולבנו אדונינו המלך יר״ה ולכל ש
שרת ובאו אצלינו לרחוב היהודים שרים
משרי חדר יר״ה ועוד שרים רבים ונ
ונכבדים · גם עשו היהודים אצל הרחוב
מגדל גבוה בנוי לתלפיות מחופה בזפת
גפרית ולערב הציתו המגדל באש הרב'
העצים הגדיל המדורה ונראה למרחוק
והוא נקרא פרייד פויאר בל״א:
כן ישמחנו האל בביאת
הגואל אמן:

que Procerum, preces solemnes cantillantibus. Conveniebant tum nos in vico nostro, quidam ex ipsis Sacræ Cameræ Officialibus, aliiq; Viri Nobilissimi Præstantissimique. Condebant quoque Judæi, prope vicum suum, turrim præaltam, pice ac sulphure obductam, visu pulcherrimam, eam circa vesperam succenderunt, multisque ligna susuperaddentibus, facta est pyra ingens, quæ, procul conspiciebatur: quod genus lætitiæ, Germanico idiomate Freuden-Feur vocari solet. Similia Hilaria Deus nos agere jubeat, sub adventum Redemtoris nostri. Amen.





EXERCITATIO QVARTA.
REPRÆSENTANS R. PETACHIÆ ITINERARIVM.

Historico libro, Geographicum subjungere gestit animus, quales similiter paucissimi apud Judæos reperiuntur. Nobis, in diuturna peregrinatione, ubivis, quæ adire licuit, locorum, eos solicite requirentibus, soli quatuor sese obtulerunt, nec scio, an multo plures alii nacti sint. Ex his primus est R. Benjaminis Itinerarium, quod, jam superiore Seculo, Constantinopoli, ubi impressum erat, allatum, Latinitate donavit Benedictus Arias Montanus; hoc nostro autem, nova Versione, Notisque eruditis exornavit Constantinus l. Empereur. Sed, quia iste quoque, aliorum industriæ ac doctrinæ, satis amplum, in quo sese exercerent, & ab eo neglecta aut perperam intellecta, supplerent, emendarentque, theatrum reliquit, ideo hunc laborem sibi sumsit, Celebris, & de Sacra Philologia bene meritus Vir, Matthias Fridericus Beckius, Ecclesiastes Augustanus, qui, nisi observationes suas mature nobiscum communicabit, tandem cogetur ad exhibendum formulam accipere. Alter, quem possidemus, Geographicus liber דרכי ציון *Viæ Zionis*, Germanica quidem lingua conceptus, sed Hebraicis dictis fartus, Hebraicisq; excusus est literis,

ris, ac ideo jure bono inter Hebraicos quoque libros, in amplissimo eorundem Catalogo Siphte Jeschenim, qui, haud ita pridem Amstelodami prodiit, relatus. Autor ejus R. Moses Israëlis Naphthali filius, qui fideliter monet, quid iter in Palæstinam meditantibus sit observandum, quæ viæ eo deducant, & qualia Judæorum ibi degentium in cultu Numinis, studiis literarum, ac reliqua vita, instituta sint. Tertius Geographicus liber אגרת ארחות עולם *Epistola de Semitis Orbis*, nomen habet, quem, Viri Doctissimi, Buxtorfius in Bibliotheca Rabbinica, & Hottingerus in Bibliotheca Orientali, male Commentarium in Jobum esse arbitrati sunt, notati ideo in parte 1. Biblioth. Magnæ Rabbinicæ pag. 47. a Venerabili, &, quem Sanctæ Hebraicæ Linguæ in Italia Statorem suo merito appellare licet, Julio Bartoloccio, Romæ, S. Sebastiani ad Catacumbas Abbate, cum quo vetus nobis intercedit necessitudo, & literarum commercium. Est enim omnino Geographiæ quoddam Compendium is liber, post generalia ejus disciplinæ præcognita, Asiam, Africam, & Europam, cum quibusdam Oceani Insulis describens, quibus, postremo capite, aliqua de Paradiso subjunguntur, habetque Autorem R. Abrahamum Perizol Mardochæi filium, & tum Ferrariæ, tum Venetiis, ac utrobiq; *Superiorum Permissu*, Seculo exacto, typis est evulgatus. Quia per Christianorum Geographorũ vestigia incedit Autor, multa habet minime inepta, etsi, pro Genio gentis, sibi temperare non potuit, quo minus veris relationibus, fabulas aliquas immisceret. Quem in censum imprimis referendum, quod scribere ausus est, venisse Anno 1524. ad Clementem VII. Pontificem, Judæum quendam ex Arabia Felice, a Lusitaniæ Rege literis commendatum, ut suppetias, arma bellica, & talium armorum artifices, Roma secum referret, quippe occupaturus Palæstinam, & daturus Pontifici in vicem, thus, & varii generis aromata: favisse huic Summum Pontificem, atque Judæum illum per urbem, semper Judæis decem, Christianis amplius ducentis, stipatum, mula vectum esse; accidisse vero aliquando, ut S. Petri in Vaticano templum mulæ suæ insidens, ingrederetur, eoque habitu ad aram usque maximam procederet,


nec ullatenus permoveri posset, ut de mula descenderet. Hujus vero mendacii summa enormitas, merito bilem movit laudato nostro Bartoloccio, coëgitque, ut, pro candore, quo pollet, plane singulari, pag. 43. ejus, quod indicavimus, luculenti operis, in seria verba ista erumperet. *Hoc solenne impudentis viri mendacium, in contemtum sacrorum nostrorum Typis evulgatum non fuisset, si Ferrariæ,* (addendum, aut Venetiis) *ubi liber prævia Superiorum licentia, excusus est, aliquis pius, & Catholicus linguæ sanctæ peritus, qui libris expurgandis, & antequam imprimerentur, corrigendis, deputatus extitisset.* Interim videant quorum interest, quo tendat Hebraicæ linguæ inscitia in Ecclesia Dei! Quartum nostrum Geographicum librum, in præsentia publici juris facere constituimus. Est is Itineris R. Petachiæ, per Tartariam minorem, & Asiæ quasdam regiones suscepti, recensio, cujus postquam Cl. Buxtorfius in Bibliotheca Rabbinica mentionem injecisset, addens, se illum librum Incluto Eruditorum Heroï Josepho Scaligero donasse, magnum exinde Viros Doctos ejus videndi tenuit desiderium. Nulla autem illius haberi poterat copia, & sane nec mihi, vel Hebraicam, vel Germanicam editionem, quas Pragæ excusas fuisse Buxtorfius asseverat, oculis unquam usurpare concessum fuit, solum MS. exemplar, & quidem, ceu ex literis liquido apparet, haud ita pridem exaratum, nactus sum, atque secundum illud, ista fit repræsentatio. Quando vixerit R. Petachias, & peregrinationes suas instituerit, etsi nuspiam diserte proditum est, tamen ad Seculum a nato Christo XII. eum referri debere, hac evidenti colligimus ratiocinatione. Scilicet, ex ipso libello manifestum fit, venisse Petachiam id temporis Hierosolymas, quo felici Gothofredi Bullionæi expeditione pulsis Saracenis, Christiani eam urbem adhuc tenebant, proinde necesse est, acciderit hoc, ante annum Christi 1187. quo, a Saladino, Hierosolymæ Christianis iterum fuere ereptæ. Vltra Duodecimum autem Seculum Petachiam dimovere illud vetat, quod, ceu in Juchasin p. 124. b. memoriæ proditum est, ejus fratrem R. Isaacum Album, præceptorem

habuit R. Jehuda ὁ εὐσεβής: at, hunc Anno Judæorum 4977. sive Christiano 1217. Ratisbonæ fato functum esse, ex membranis antiquis didicisse se nobis confirmat Autor libri Schalschelet Hakkabbala p. 54. a. Quæ, cum ita sint, non licet R. Petachiam Seculo XII. statuere antiquiorem, sed illud potius consequitur, R. Benjaminem & R. Petachiam fuisse coævos, atque eadem fere tempestate, illum, Tudela Hispaniæ, hunc, Ratisbona Germaniæ urbe, peregre fuisse profectum, cum R. Benjaminem Año Judæorum 4933. hoc est nostro 1173. mortuum esse, perspicue legamus in Juchasin p. 124. a. Fuit quondam Ratisbona ferax Judæorum Doctissimorum, atque præter Petachiam, ejusque fratres, & Judam τὸν εὐσεβέα, dedit ipsa his priores, R. Isaacum Mardochæi filium, R. Ephraimum, & R. Mosen, quorum memoria in Schalschelet Hakkabbala & Juchasin celebratur. Erat autem tanta Judæorum, ante eorundem, quæ Superioris Seculi Anno decimo nono evenit, expulsionem, in ea urbe copia, ut in proverbium abierit, alicujus ostenti loco habendum esse, si quis Pontem ibi transiens, non incidat in Judæum, aut saltem nullum audiat campanæ sonitum. Cæterum, an jam, integris tribus ante Christum natum Seculis, Ratisbonam Judæi incoluerint, num item, penes eos extiterit fragmentum tabularum Divinarum, quas Moses confregit, itemque Epistola, qua Hierosolymitani Judæi ipsos hortati sunt, hilares sese præberent, eo quod Hierosolymis Jesus, Josephi fabri lignarii filius, qui Legem Mosaicam evertere conatus sit, flagris cæsus, spinis coronatus, sputo fœdatus, ac cruci deniq; affixus fuerit, quæ omnia sic se habuisse Reverendissimus S. Emmerani Abbas Cœlestinus, in Mausoleo pag. 286. & seq. testatur, ea nos tanquam incomperta, in medio relinquimus, ut quisque ex ingenio, illis demere aut addere queat fidem. Sed, ut ad Petachiam revertamur, nemo non lecto ejus Itinerario, illico perspicit, ipsum nequaquam ejus autorem fuisse, sermo enim ita semper concipitur, ut ipsum de seipso minime loqui appareat, & adeo illius dicta, alios literis consignasse, verbis perspicuis significatur. Verisimile est, ex schedis Petachiæ, & iis, quæ viva voce narrare solebat,

lebat, hunc libellum sic concinnasse R. Isaacum & R. Nachmanem fratres ejus, atque, quod obiter monemus, non tantum cavendum, ne confundatur iste R. Isaacus, cum R. Isaaco Mardochæi filio Ratisbonensi, cujus mentionem paulo ante injecimus, sed nec, quod alioqui pronum erat, pro eodem habendus, cum æquali temporum suorum R. Isaaco Seniore, qui & ipse Tosephot elucubratus est. Nimirum, utrumque distincte recenset R. Gedaljah in Schalschelet Hakkabala, atque, præter diversitatem Cognominum, illud insuper accedit, quod R. Isaacus Senior, sorore celeberrimi R. Tam genitus est, ac neutiquam Ratisbonæ, sed Victoriaci in Gallia docuit, ubi sexaginta Magistros primarios, ab ore suo habuit pendulos, excessit vero vita A. 4935. sive Christiano 1175. de quibus, tum jam allegatum R. Gedaliam, tum etiam R. Gansium in Zemach, & R. Zacutum in Juchasin, consuluisse juvabit. Præter fratres Petachiæ, manum operi in eo emendando admovisse quoq; R. Jehudam τὸν εὐσεβέα, non obscure ipse libellus arguit. Est hic inter Judæos decantatus admodum, nec alius magis in fama apud illos & existimatione, ita, ut nemo etiā e vulgo tam rudis sit, qui non ejus nomen, & aliquam de rebus ab ipso gestis fabellam teneat. Vnā afferemus verbis R. Gedaljæ קבלתי מחכמי הדור כי בלכת רבינו יהודה החסיד לכנסת עבר קרון אחד מאחורי ב״ה בהיותו שם והקרון היה לוחצו מאד ונעשה לו נס ויפתח הקיר את פיו ויקבלהו בתוכו ונצול ועדין נראה הרושם ההוא: id est: *Accepi a nostri ævi viris sapientissimis, cum R. Jehuda ὁ εὐσεβὴς Synagogam peteret, currum quendam ab altera Synagogæ parte adventantem, eundem valde compressisse, ibi tum factum esse miraculum, ut paries sese adaperiret, ipsumq; admitteret, atq; sic illæsum evasisse, ac etiamnum vestigium ejus rei in pariete comparere.* At, Viri isti Sapientissimi, ad quorum autoritatem provocat Gedalja, male admodum ei consuluerunt, quod locum ubi ista contigisse volebant, non simul expressere, quo ipso in causa fuerunt, ut, quæ iste illorum nomine recitavit, plane commenti speciem habeant. Melius mecum egerunt, multi inter Judæos viri primarii, qui mihi eandem historiam, sed aliis longe circumstantiis narrantes, simul me de loco reddidere certiorem. Nempe, sic ego accepi, R. Samuelem, qui, ob varia edita

edita vaticinia, Prophetæ cognomen tulit, cujusque extat insignis Liber Chasidim, Vormatiæ habitasse. Ejus uxor, cum uterum gestaret, & partitudini (qua deinde puerum, qui R. Jehuda ὁ εὐσεβὴς evasit, enixa est) propinqua, per vicum Judaicum valde ibi angustum procederet, occurrisse ei ex improviso trucem aurigam Christianum, agentem currum fœno oneratum, quem, cum ipsa clamore magno rogaret, inhiberet paulisper fræna, & spatium sibi retro eundi concederet, noluisse hominem morem gerere, sed potius addidisse stimulum suis equis. Ergo mulier ad parietem omni conatu nititur, contrahitque ventrem quantum potest: cumque ne sic quidem exitium amoliri valeret, sed extrema ei imminerent, paries dilatans sese, illam recepit, sinumque hunc constanter servat, quem frustra quidam lapidibus obturare tentarunt. Viderint igitur, qui Vormatiæ agunt, num hæc ita se habeant. De reliquo, non prætereundum, Cl. Buxtorfium dum in præfatione a se editi libri Cosri fragmentum quoddam ex Itinerario nostro, quamvis solo Latino sermone, allegat, ita verba exhibere, quasi in suo libro R. Petachias de sese, & in prima loquentis persona, verba faciat. Id difficultatem aliquam haberet, & in aliis Codicibus aliter ac in nostro rem sese habere, conjectandi alicui ansam præbere posset, nisi in verbis posterioribus apud Buxtorfium, mutata dictionis habitudine, tertia persona sermocinantis, pro prima substitueretur. Magis ergo est, ut dicamus, Buxtorfium, aut alium, a quo verba mutuatus est, vertisse Fragmentum illud paulo negligentius, propemodũ enim dubitare occipio, num ista interpretatio ab ipsomet Buxtorfio proficisci potuerit. Operæ interim pretiũ est, quæ ille attulit hoc loco recensere. *Ego Petachjah profectus Ratisbona, veni Pragam: Praga in Poloniam: ex Polonia in Russiam: ex Russia sex dierum itinere progressus ultra fluvium* נבהרה *Navaram, vel Nafaram, veni in Tartariam.* (Et post quædam de Tartaris interjecta:) *Hinc peragravi terram Kedar, secundum ejus latitudinem, spatio sedecim dierum, cujus incolæ habitant in tentoriis, & candidos habent oculos, & acrem visum, ut longissime prospiciant, quia nullum edunt sal, &c. Terra eorum nullos habet montes. Diurni itineris spatio a terra Kedar vena est de mari magno,*

quæ distinguit inter Tartariam & terram Cusar, ubi mulieres misere & flebiliter, diu noctuq; lamentari solent, super morte parentum suorum defunctorum; canes etiam ululatum edere. Octo dies consumpsi in hac terra. In extremitate terræ Cusaræorum septem flumina confluunt. Qui in longe dissitas regiones vult proficisci, eo venit. Sunt illic duo maria diei itinere a se invicem distantia, quorum unum pestilentissime fœtet, alterum vero non. Si quis mari illi fœtenti se committat, statim moritur: Imo si ventus ab illo spiret versus alterum, quamplurimi morte absumuntur. Vnde eo ferri oportet, vento non a fœtenti illo mari spirante. Hinc venit Thogarmam (urbem,) ubi observant legem Mahumeti. Exstructa est hæc in terra Ararat. Hinc octo dierum spatio profectus est נציבין *Nisibin, ad dextram relictis montibus Ararat. In Nisibi magna est Ecclesia, & Schola, quam ædificavit Doctor quidam Mischnicus, paulo post vastationem Hierosolymæ, qui vocabatur R. Juda ben Betira; duæ item aliæ, quas exstruxit Esdras. Prioris muris insertus est lapis rubicundus, quem secum advexit (ille Rabbi) de ruderibus Domus sanctuarii, seu Templi Hierosolymitani. Nisibi adjacet terra Assur seu Assyria, Thogarma & Cusra, quarum unaquæq; diversam habet linguam.* Quod superest, & quantum ad Itinerarii hujus autoritatem attinet, merito de illo pronunciari potest, quod Literatissimus Barthius l. 50. Adversar. c. 4. de Benjaminis Itinerario tulit judicium. Sunt enim parissimi hi libelli, & ita congruunt, ut nec ovum ovo sit similius. Quapropter, si pro Benjaminis, Petachiæ tantum nomen substituatur, aptissime in nostrum quoque libellum quadrabunt, Barthii verba sequentia: *Benjamini certe ille libellus, non inutilis lectu est, cum paucissimi tales auctores, ejus ævi extent, qui docere nos possint, quo pacto tum cultus Orbis maximam partem fuerit. Tamen multa Judaica eidem sunt; hoc est impudenter ementita, gloriosa, vana, nullius deniq; pretii.*





סבוב הרב ר' פתחיה

מרעגנש פורג

אחיו של ר' יצחק הלבן בעל התוספות והרב ר' נחמן מרעג. גם פורג: וסבב ר' פתחיה כל הארצות עד נהר סמבטיון וכל החדושים והנפלאות של הקבה מראה ושמע כתב לזכרון להגיד לעמו בית ישראל ולהוציא תעלומות לאורה:

PEREGRINATIO R. PETACHIÆ RATISBONENSIS.

R. Isaaci Albi (cujus extant Tosephot,) itemque R. Nachmanis Ratisbona ortorum, Fratris. Circuivit vero R. Petachias universas Regiones, ad fluvium usque Sambatjon, atque res omnes novas mirasque a Deo editas, quas intuitus est audivitque, memoriæ causa literis consignavit, ut populo suo, genti Israëliticæ, notæ fierent, & in lucem protraherentur occulta.

אלה הסבובי' אשר סבב ר' פתחי'
שסבב את כל הארצות ובתחילה · הלך
מפראג שבביהם לפולין ומפולין לקיוב
ברוסייא ומרוסייא הלך בששה ימים מ
עד על נהר דנפרא ומעבר הנהר התחי'
לילך בארץ קדר ואין להם ספינות אלא
תופרין עשר עורות סוסים מתוחין ומ
ורצועה אחת בשפה סביב יושבין והעגלות
וכל המשא בתוך העורות וקושרין רצועה
משפת העורות בזנבות הסוסים והסוסים
שטין וכן עוברין את המים · ובארץ קדר
אין אוכלין את הלחם אלא אורז ודוחן
מבושל בחלב וחלב וגבינה · וחתיכות
בשר משימין תחתיהן על הסוס תחת
הארוכף ומייגעין את הסוס ומזיע והבשר חם
ואוכלין את הבשר · ואין הולכין בארץ
קדר כי אם על ידי תייר: וכן נשבעין
אחד מבני קדר לחבירו נועץ מחט מ
באצבעו ונותן לאותו שים ללכת עמו מ
בדרך לבלוע הדם והוא לו כדמו ומ
ובשרו · ועוד שבועה אחרת הם ממלאין
כלי נחושת של מתכות כמו פרצוף ·
ושותין שניהם המתייר וההולך עמו ולא
ישקר לו לעולם: ואין להם מלך אלא
נשיאים ומשפחות·

HÆ, sunt Peregrinationes quas confecit R. Petachias, qui, circumivit regiones universas. Principio, Praga Bohemiæ urbe exiens, petiit Poloniam; ex Polonia, Kioviam, Sarmatiæ urbem, se contulit. Ex Sarmatia, sex dierum itinere, ad fluvium Naparim progressus est, quo trajecto, cœpit peragrare Tartariam. Hujus regionis incolæ, naves non habent, sed consuunt decem pelles equinas expansas, oram circumambiente fune. Intra has pelles sedent cum curribus, & omni illorum onere, alligantque funem, qui est in ora pellium, caudis equorum, natantibus sic equis; atque hac ratione trajiciunt aquas. Cæterum, in Tartatia non comedunt panẽ, sed tantum coctam lacte oryzam, & milium, itemque lac & caseum. Carnis autem frusta sibi supponunt in equis, subter ephippia, fatigantque equos ad sudorem, & vorant ita calefactam carnem. In Tartaria haud aliter iter fit quam cum salvo conductu. Sic vero Tartarus socio jusjurandum dat. Infigit acum digito, atque ei quem conducere debet, exsugendum præbet sanguinem, quo pacto, quasi in sanguinem carnemq; alterius, iste (*conductor*) transire intelligitur. Habent & aliud jurisjurandi genus. Replent æneum vas fusile, vultum humanum referens (*lacte,*) & ambo simul ex eo bibunt, conductor nimirum, & iter peregre cum eo faciens, neque unquam violatur huic sic data fides. Non habent Reges Tartari, sed Principes, & familias illustres.

ועבר ר' פתחיה את ארץ קדר לרחבה

Peragravit R. Petachias Tartariã, secun-

בששה עשר ימים ושבני אוהלין הם
והם רואים למרחוק ועיניהם יפים מפני
שאינם אוכלים מלח וחונים בעשבים
שנותנים ריח טוב ובעלי חצים הם
מורים את העוף בהדי דקא פרח·
ורואין יותר ממהלך יום ומכירין ואין
להם הרים אלא הכל גיא ומהלך יום א׳
בארץ קדר הולך לשון ים ומפסיק בין
ארץ קדר ובין ארץ כזריא· ושם מנהג
שהנשים מספידות ומיללת כל היום וכל
הלילה את אבותיהן שמתו ואת אמותיהן
כן עושין עד שימותו שבניהם או שבנותיהם
או מן המשפחה והאחרונים מספידי׳ את
הראשונ׳ ומלמדין את בנותיהם קינה
ובלילה מתאנחת ומיללת והכלבים
בוכין וצועקים לקולם: והלך כשמונה
ימים ובסוף ארץ כזריא שבעה עשר
נהרות יסבבוהו ושם מתקבצים וכל
הרוצה לילך בספינה למרחוק יבא שמה:
ושם יש ים שמעלה סרחון גדול משם
לצד אחד ולצד אחר ים שאינו מסריח
והוא כמהלך יום בין שני ימים ואם
עבר אדם ים של סרחון מיד מת
וכשהרוח בא מים שמסריח לים שאינו
מסריח רבים ימותו ואין הולכין אלא
כשהרוח נוטה לצד אחר.

ſecundum latitudinem ejus in diebus ſedecim. De reliquo, habitant incolæ ejus, in tentoriis, ac longe remota cernunt, habent enim oculos acres, quia ſalem non comedunt, & inter herbas ſuave odoras recubant. Sunt præterea egregii ſagittarii, ita ut aves inter volandum jaculis trajiciant. Neque vero conſpiciunt tantum, quæ itinere unius diei diſtant, ſed & agnoſcunt, caretque montibus ea regio, ac eſt tota campeſtris. Porro, ſpatio, quantum iter unius diei eſt, mare ſe in Tartariam inſinuat, & Tartariam a Gazaria ſive Taurica Cherſoneſo diſcriminat. Ibi moris eſt, ut fœminæ plangant & defleant totos dies, totasque noctes, patres matresque defunctos, atq; hoc continuant, usq; dum e filiis, aut filiabus, vel propinquis, aliqui morte eripiuntur, deflentque poſteriores, eos qui priores e vita exceſſerunt, ac docent matres filias ſuas leſſus iſtos, cumq; noctu queſtus & ploratus inſtituuntur, comitantur eos canes latratibus & ejulatione. Per octiduum hic iter fecit (*noſter R. Petachias.*) Extima Tauricæ Cherſoneſi interluunt flumina ſeptendecim, quæ tandem in unum congregantur, atque quisquis navi procul vehi deſiderat, eo ſe confert. Eſt ibi ab uno latere mare, quod ingentem emittit fœtorem, & ab altero latere aliud deprehenditur, nihil tetri exhalans, inter utrumque vero mare, itineris diei unius inſterſtitium interjacet. Quod ſi quis mare fœtidum trajiciat, continuo moritur, quin & multi moriuntur, cum ventus ex mari fœtido, mare quod ſalubre eſt, perflat: quamobrem nullæ inſtituuntur profectiones, niſi vento in oppoſitum latus vergente.

ועבר ר' פתחי' בארץ תוגרמא משם
והלאה מאמיני' בחוקת מחמט ותוגרמא
נכנס בארץ אררט׃ ובח" ימים הלך עד
נציבים ועזב הרים גבוהים הרי אררט
לימין ׃ ובארץ קדר אין שם יהודים;
יש שם מיני' ואמר להם הר"ר פתחי'
למה אינכם מאמיני' בדברי חכמו'׃ אמרו
בשביל שלא למדום אבותינו ׃ ובערב
שבת חותכין כל הלחם שאוכלין בשבת
ואוכלין בחושך ויושבין במקום א' כל
היום ואינם מתפללי' אלא מזמורי' וכ
וכשספר להם הרר' פתחי' התפילה שלנו
וברכת המזון היא טוב בעיניהם . וע
ואמרו לא שמענו מעולם מה הוא תלמוד׃

Dehinc petiit R. Petachias Turcomanniam, atque ibi, & ulterius, observant legem Muhammedis, porrigitque se Turcomannia ad Armeniam usque. Cæterum, octo dierum itinere, pervenit ad Nisibin & Esebum, montes altissimos, Armeniæ montibus a dextra relictis. In Tartaria nulli (*veri*) Judæi degunt, reperiuntur tamen ibi Hæretici, quos R. Petachias percontatus est: Quare fidem non adhibetis iis, quæ a Sapientibus fuere tradita? Responderunt: Quia parentes nostri illa neutiquam nos edocuerunt. Atq; isti, omnem panem quem in Sabbato comesturi sunt, pridie scindunt, & cibum capiunt in tenebris, sedentque in uno loco tota die, ac ad precandum solo utuntur Psalterio. Cum vero ipsis recensuisset R. Petachias preces, quibus nos (*in Synagogis*) utimur, & preces quibus cibos consecramus, visi sunt hæc approbare; at, Talmud quid sit, nunquam fando se accepisse, professi sunt,

ובארץ אררט הלך בהרי אררט עד
נציבין ועד עיר חוסן כיפה (פי' חוסן
סלע גדול) ובסוף של הרי אררט הלך
יומים לצד שכנגדו ובנציבין יש קהילה
גדולה ובית הכנסת של ר' יהודה בן
בתירה ושתי בתי כנסיות שבנה עזרא
הסופר ויש באחת אבן אדומה קבוע
בכותל שהביא עמו שלקח מאבני בית
המקדש׃ ומנציבין ואילך ארץ אשור׃

In Armenia montes ejus regionis peragravit, usque ad Nisibin, & urbem Chosen-Kepha, quod nomen, idem designat, ac si quis *Robur petræ ingentis* dicat. Extrema montium Armeniæ cum attigisset, per biduum latus adversum lustravit. Enim vero, in urbe Nisibi est (*Judæorum*) cœt, ingens, & Synagoga a R. Jehuda Betiræ filio fundata. Sunt ibi & aliæ duæ Synagogæ, quas Esra Archigrammateus condidit. In harum una lapis rubicundus parieti insertus conspicitur, quem ex lapidibus Templi Hierosolymitani acceptum, ipse secum attulerat. Vltra urbem Nisibin Assyria sese offert, atque addendum, Gazariæ habitatores, alio, itemque in Turcomannia degentes, alio uti idiomate, & tributum utrosque pendere Regi Græcorum,

וכרזיא לשון אחד ותוגרמה לשון אחד
וכתנין מם למלך יון · וקדר לשון אחר·

ומנציבין הלך בח ימים לנינוה של
החדשה · ונהר הדקל הולך לפני נינוה ·
מעבר הנהר הלך לצד אחר מהלך שלשה
ימים היא נינוה הישנה והיא שוממה
וכל ארץ נינוה שחורה כזפת ובמקום
העיקר של נינוה שהיה היער נהפך
כסדום ואין בו עשב וצמח ונינוה החדשה
כנגדה מעבר השני ובנינוה החדשה יש קהל
גדול כששת אלפים ויותר ושני נשיאים
שם אחד שמו ר' דוד והאחד שמו רבי
שמואל והם שני בני אחים והם מזרע
דוד המלך · וכל אדם נותן זהוב לשנה
מגלגולת מה שבא מיהודי' חציו לשלטו'
המלך אלא שאין קורין אותו מלך כי
אם שלטון והוא תחת המלך בבל: וחצי
השם לנשיאין ויש להם שדות וכרמים
ואין באותן הארצות חזנים וגם בארץ
פרס ומדי ובדמשק ובכל אותן הארצות
אין להם חזנים אלא יש לנשיאים אוכלי
שלחנם תלמידי חכמים רבים פעמים
אומר לזה להתפלל ופעמים אומר לזה
להתפלל: ויש להנשיא בית הסוהר וחובש
בה את הרשעים · אם גוי ויהודי מ
מתקוטטי' ואחד אם היהודי חייב חובשו
אם הישמעאל חייב חובשו · ור' פתחי'

rum, quin & Tartaros propriam habere linguam.

A Nisibi octo dierum itinere ad novã Niniven progressus est, eamq; fluvius Tigris præterluit. Trajecto fluvio, cum in ulteriore ripa per triduum circumambulasset, ad Ninivem antiquã delatus fuit, quæ nunc desolata jacet, atq; omne circumjacens solum, nigrum est, adinstar picis; locus vero ipse, cui Ninive inædificata erat, & ubi sylva quondam fuit, ad exemplum Sodomæ eversus est, ita ut nec herbæ nec virgulta ibi reperiantur. In hujus vicem Ninive nova, in altera ora successit: hanc frequentes Judæi incolunt, quorum numerus sex mille exsuperat, his Principes duo præsunt, atq; uni nomen, R. David, alteri R. Samuel, suntq; patrueles, ex prosapia Regis Davidis oriundi. Incolarum quisq; capitationi obnoxius, annuatim aureum pendit: &, quæ a Judæis colligitur pecunia, ejus dimidium Eparcho Regio, (neq; enim Rex vocatur, sed Sultanus sive Eparchus, & Regi Babyloniæ subjicitur) alterum autem dimidium, Principibus cedit, atq; possident ibi (*Judæi*) agros, vineasque. Cæterum, in illis regionibus, nulli sunt (*in Synagogis*) Præcentores, quin nec in Persia, Media, Damasco, & regionibus vicinis, Præcentores reperiuntur. Nimirum Principes, multos mensæ suæ alumnos habent discipulos, viros eruditos, ex his modo hunc, modo illum, jubent præcinere: atque habet Princeps carcerem, in quem facinorosos compingit. Quod si Alienigena & Judæus judicio contendant, sive Judæus sive alienigena reus deprehendatur, eum Princeps castigandi facultatem habet. Noster vero R. Petachias, cum in urbe Ninive degeret, in morbum incidit, quem ei lethalé futu

futu

היה חולה בנינוה ואמרו הרופאים של
המלך שלא יחיה ומנהג שם כל יהודי
אורח שימות חצי הממון לוקח השלטון
ומפני שר' פתחי' היה לבוש בגדים נ
נאים אמרו עשיר הוא וסופרי השלטון
היו שם לקחת הממון כשימות ואמר
הרר' פתחי' להעבירו כל כך חולה את
הנהר חידקל והנהר רחב ואין עוברין
אותו בספינה כי הנהר חדקל חד וקל
ומהפך הספינה אלא עושים קנים גב
רפסודות שקורין ולו"ס ועליהם המשא
והאדם והמים בריאים ומיד נתרפא:

futurum, Regis archiatri prædixerunt. Est autem ibi more receptum, ut cujusq; Judæi peregrini, qui fato fungitur, dimidium facultatum, ad Eparchum devolvatur, atque quia R. Petachias pulchras vestes indutus erat, dives judicabatur, aderantque ei Scribæ Eparchi, ut demortui opes vindicarent. At R. Petachias præcepit, ut se quanquam ægrotũ, ultra fluvium Tigrim deferrent. Est autẽ is fluvius latus, neq; navi eum trajiciunt, quia, (quæ res ei nomen quoq; dedit) vehemens & rapidus existit, naves etiam evertens; quapropter ex cannis rates faciunt, quas Germani Flösse appellant, iisque onera & homines imponuntur. (*Rati ejusmodi cum se commisisset R. Petachias,*) quia salubres aquæ sunt, continuo convaluit.

ובנינוה היה פיל ואין ראשו בולט
חוץ והוא גדול ואוכל כשני עגלות תבן
בפעם אחת ופיו בחזה וכשחפץ לאכול
מוציא שפתו כאמתיים ובו מקבץ התבן
ומכניס בפיו · וכשנתחייב אדם לשלטון
הרגה אומרים לפיל זה נתחייב והוא
יקחהו בשפתו ומשליכו למעלה וממיתו
כמו שאדם עושה ביד כך הוא עושה
בשפתו ומשוכה ומפואר הוא. ועל הפיל
בנין עיר ושנים עשר פרשים עליו עם
שריונים ומוציא שפתיו ועולין בו כגשר·
ובנינוה היה איש חוזה בכוכבים ושמו
ר' שלמה ובנינוה ובכל ארץ אשור ובכל
החכמים אין כמוהו בקי במזלות ושאל

Erat in urbe Ninive Elephas. Ejus animantis caput non se foras profert, estq; animal ingens, tantũ fœni una voratione deglutiens, quantũ vituli duo absumunt; os pectori insertum, & cum comedere vult, proboscidem ulnas duas extendit, eaq; fœnum colligit, & in os indit. Quod si Eparchi imperio aliquis occidendus sit, ajunt elephanti: iste supplicium promeruit: nec mora hunc proboscide acceptum, in altum projicit, & enecat. Quæ enim homo manibus facit, ipse proboscide reddit effecta, estq; variegatus & pulcher. Imponitur elephanti quoque structura, turris habens imaginem, duodecim cãtaphractos milites complectens; atque producente elephanto proboscidem, ipsi hac ad ascendendum, velut ponte utuntur. Erat tum in urbe Ninive, vir speculator siderum, cui nomen R. Salomo. Nemo in urbe Ninive, & universa Assyria, interque omnes Sapientes illi

par

לו ר' פתחיה מתי יבא משיח ואמר לו
כבר ראיתי במזלות כמה פעמי' בברור
אבל ר' יהודה החסיד לא רצה לכותבו
פן יחשדוהו שהוא מאמין בדברי ר' ש
שלמה ·

par erat in Astrologiæ peritia. Hunc percontabatur R. Petachias, quando venturus esset Messias? Respondit ipse: Hoc pridem aliquoties clarissime in astris mihi visum est. Verum R. Judas ὁ εὐσεβὴς noluit ista literis consignare, ne R. Salomonis verbis fidem eum adhibuisse, oriretur suspicio.

ועבר את חידקל ויורד במורד המים
בחמשה עשר יום עד גן של ראש ה
הישיבה שבבבל והולכין בחודש אחד וג
ומננוה ואילך קהילות בכל עיר ועיר וג
ובכפר · ובא בגן א' של ראש ישיבה ובגן
כל מיני פירות והגן גדול מאוד ובו ד
דודאים ופרצוף אדם להם ועשבים ש
שלהם רחבים ומשם ואילך הלך ביום א'
עד בגדת בבבל ואין אדם עולה בנהר
חידקל מפני שחדים ועזים אלא בגמלין
בפרדות ביבשה וקושרין הכודות אחורי
הגמל ·

Postea commisit se (*R. Petachias*) Tigri, & secundo flumine quindecim dierum spatio ad hortum Archisynagogi Babyloniæ, delatus est; sed pedestre iter facientibus, mensis insumitur. Ninive autem relicta, si quis porro progrediatur, in quaq; urbe, pagoque, Judæorum cœtus offendere est. Cæterum intravit (*R. Petachias*) hortum quendam Archi-Synagogi; erant in eo omnis generis fructus, & latissime se extendebat: atque hic offendit (*illam Scriptura memoratam, sed paucis cognitam herbam*) Dudaim, quæ faciem refert humanam, & lata habet folia. Hinc unius diei (*terrestri*) itinere, ad urbem Babyloniæ Bagdat perrexit, nam in Tigri porro nemo navigat, ob aquarum impetum & vehementiam, sed in arida camelis mulisque utuntur, & manticas retro post camelos ligant.

ובגדת היא עיר מלוכה ובה חלפי
השלטון הוא המלך הגדול המושל ומושל
על כל העמים ובגדת גדולה מאוד יותר
ממהלך יום בסוף ובהיקף יותר משלשה
ימים גדולה מאוד ובעיר בגדת אלף יה
יהודים והולכי' בסודרים ואין אדם
רואה שום אשה שם ואין שום א'
מהם הולך לבית חבירו שמא ש

Est urbs Bagdat regni metropolis, inque ea sedem habet Chalipha, Rex magnus, omnibus circa populis imperans, & potestatem in eos exercens. Existit insuper Bagdat civitas amplissima, ita ut integro die, (*a principio*) ad finem, illam vix permeare, circumire vero, non nisi intra triduum liceat. Vrbem hanc Bagdat, inhabitant mille Judæi, quarum fœminæ sudariis velatæ incedunt, neque ulli viro fœminam aliquam

ראה את חבירו · ומיד היה ע
אומר לו פריץ למה באת אלא מכה ב
בבדיל והוא יוצא ומדבר עמו והם ע׳
מעוטפים בטליתות של צמר וכציות וב
והולכים בהם וראש ישיבה בבגדת ר׳ שמואל
בן עלי ראש ישיבה והוא שר ומלא חכמה
ותורה שבכתב ותורה שבעל פה וכל ח
חכמת מצרים ואין דבר נעלם ממנו
ויודע שמות וכל התלמוד יודע בגירסא:

quam ibi intueri fas eſt, unde nec quisquam domum alterius intrat, ne forte uxorem ejus conſpiciat, (*&, temere adventanti*) illico dicitur: Quid tibi vis homo audaciſſime? Igitur ſtanneo (*martiolo*) oſtium pulſant, & tum prodit paterfamilias, atque cum foris ſtante colloquitur. Operiuntur viri palliolis legalibus laneis, quæ ſuas habent tænias, atque ſic (*tota die*) incedunt. Archiſynagogus in urbe Bagdat eſt. R. Samuel τῦ Eli Archiſynagogi filius, vir princeps, plenus ſapientia, & tam ſcriptæ legis, quam avitarum *πατροπαραδόσεων*, Ægyptiacæ item doctrinæ peritiſſimus. Nulla res eum latet, callet que necromantiam, eſt quoque inſignis in Talmude Criticus.

ואין עם הארץ בכל ארץ בבל ובארץ
אשור ובארץ מדי ופרס אלא יודע כל עשרי׳
וארבעה ספרים וניקוד ודיוק וחסירות
ויתירות כי החזן אינו קורא בתורה
אלא מי שעומד בבמת הוא קורא ויש ל
לראש ישיבה כאלפים תלמודים בפעם
אחת וסביביו כחמש מאות ויותר וכולם
מבינים בטוב וקודם שידעו לומדין בעיר
לפני לומדים אחרים וכשיודעים אז ,
יבואו לפני ראש הישיבה · ור׳ אליעזר
הוא ראש הגולה תחת ראש הישיבה
ובית גדול יש לראש הישיבה ומחופה ב
במעילים והוא מלובש בבגדי זהב והוא
יושב למעלה והתלמידים יושבים על ה
הקרקע והוא אומר למתורגמן והמתורגמן

Haud quenquam in univerſa Babylonia, Aſſyria, Media, ac Perſia ex ima plebe reperire eſt, qui non teneat XXIV. Scripturæ libros; horumque inſuper puncta, anomalias, &, quæ deficiunt ac redundant, literas, minime ſit edoctus. Non enim ibi Præcentor (*in Synagogis*) Sectionem Legalem prælegit, ſed qui e cœtu in ſuggeſtum Legis præſtes evocatus eſt, ipſe hoc officio fungitur. Docente Archiſynagogo, bis mille Diſcipuli ſimul conveniunt, quos quingenti pluresque (*auditores alii*) circumſtant: omnes egregie docti ſunt, & antequam ad id faſtigium eruditionis perveniunt, ut ab Archiſynagogi ore pendere queant, prius aliis in urbe magiſtris informandos ſe tradunt, atque ſic literis imbuti, ad Archiſynagogum accedunt. R. Elieſer, Æchmalotarcha audit, Archiſynagogo ſubditus. Eſt vero Archiſynagogo domus ampliſſima, aulæis obducta, atque ipſe induitur veſtibus aureis, &. (*docturus*,) in ſublimi ſedet (*cathedra*,) diſcipulis humi conſidentibus; loquitur (*diſci-*

plinas

אומר לתלמידים והתלמידים שואלין מן
המתורגמן ואם אינו יודע ישאל המתורגמן
לראש הישיבה ומתורגמן אחד אומר לצד
אחד מסכתא אחת ומתורגמן אחר אומר
מסכתא אחרת לצד אחר וכל התלמוד
בניגון ואחר שגורסין מפרש להם.

plinas profitendo) Interpreti, atque Interpres (*accepta*) enunciat discipulis. Quod si difficultas oriatur, quærunt discipuli ex Interprete, qui, cum ei solvendæ non sufficit, percontatur Archisynagogum. Vnusque Interpretum hinc Massichtam aliquam declarat, alius ab alio latere, aliam. Tota Thalmudis lectio peragitur cantillando, & finitam lectionem, excipit (*Magistri*) interpretatio.

ושנה אחת קודם שבא הרר' פתחי' מת ר'
דניאל ראש הגולה והוא יותר שר מראש
הישיבה ולכולם יש ספר היחס עד ש
השבטים ורבי דניאל היה מבית דוד ו
ואין המלך נותן להם ראש הגולה אלא
על פי שרי היהודים · ואין לשם הראוי'
להיות ראש גולה אלא אותן שני שנ
נשיאים מבית דוד ומקצת השרים ב
בוחרים ברבי דוד ומקצת ברבי שמואל
ועדיין לא הושוו והם תלמידי חכמים ו
ולר' דניאל לא היו לו בנים כי אם ב
בנות ור' שמואל יש לו ספר היחס שלו
עד שמואל הרמתי בן אלקנה ואין לו
בנים אלא בת אחת והיא בקיאה ב
בקריאה ובתלמוד והיא מלמדת הקריאה
לבחורים והיא סגורה בבניין דרך חלון
אחד התלמידי' בחוץ למטה ואינם רואים
אותה ובכל ארץ אשור ובדמשק ובערי
פרס ומדי ובארץ בבל אין להם דיין

Anno uno ante R. Petachiæ adventum, fato functus est R. Daniel Æchmalotarcha, illustrioris præ Archisynagogo dignitatis, atque singuli suos libros habent genealogicos, in quibus genus cujusque ad duodecim tribuum (*Patriarchas*) deducitur, Rabbi vero Daniel ex prosapia Regia Davidica ortum traxit. Cæterum, Æchmalotarchã Rex minime constituit, verum primoribus Judæorum hunc legendi jus est: nec sunt ibi alii ejus dignitatis capaces, præter duos illos principes viros, a Davide genus ducentes, atque pars Optimatum Judaicorũ, R. Davidem, pars R. Samuelem suis suffragiis designavit, neque dum inter se convenerunt; sunt interim ambo viri eruditissimi, atque R. Daniel, haud alios quam sequioris sexus habet liberos. Penes R. Samuelem liber est, quo ostenditur, genus illum derivare a Samuele Ramatæo, Elkanæ filio, huic unica tantum filia, sed, quæ sacrarum literarũ, & avitarum constitutionum est peritissima, atque sacras literas etiam adolescentibus interpretando explanat, verum conclusa intra ædes, per fenestram quandam, eamque foris & in imo stantes discipuli, neutiquam intueri possunt. De reliquo, haud alios Judices agnoscunt, Assyriam, Damascum. Persiam, Mediam ac Babylo-

Babyloniam incolentes Judæi, nisi quem R. Samuel Æchmalotarcha constituit, atque is in quaque civitate (*definitis aliquibus*) docendi & judicandi facultatem concedit, ejusque sigillo munita diplomata, ubivis terrarum magnæ sunt autoritatis, etiam in regione Judaica: omnes enim eum verentur, habetq; apparitores sexaginta, qui fustibus (*quos gestant,*) in homines (*delinquentes*) animadvertunt. Postquam discessere Discipuli, tum ætate (*ac sapientia*) provecti, Astronomicas, reliquasque sublimiores scientias, ab ipso addiscuut,

אלא מה שמוסר ר' שמואל ראש ישיבה ונותן רשות בכל עיר לדון ולהורות וחותמו הולך בכל הארצות ובארץ יש ישראל והכל יראים ממנו ויש לו ששים עבדים משרתי' שרודים את העם במקלות והזקנים לאחר עמידת התלמידים שואלים ממנו חכמת המזלות ושאר כל מיני חכמה·

In Armenia sunt, quidem civitates ingentes, verum rari illas incolunt Judæi: olim sane, & ab initio, fuerant ibi Judæi plurimi, at, cum mutuis erga se invicem cædibus grassarentur, discessionem facientes, in Babyloniæ, Mediæ, & Persiæ urbes commigrarunt. Eorum qui in Æthiopia & Babylonia degunt Judæorum numerus, ad sexcenta millia ascendit, nec pauciores capit Persia. At, in Persia servitutem & gravissimas afflictiones patiuntur Judæi, ideoque R. Petachias unicâ tantum ejus regionis urbem adivit. Qui Babyloniam incolunt Judæi, quotannis viritim aureum pendunt Archisynagogo, nec enim Rex ab illis tributum exigit, sed Archisynagogo hoc conceditur, fruunturque Judæi Babylonici, magna tranquillitate. Rex quoque prædecessor, qui diebus R. Salomonis, cui R. Daniel filius, imperaverat, amavit R. Salomonem, fuit enim Rex, oriundus ex progenie Muhammedis, atque (*R. Salomo*) Æchmalotarcha ad Regem Davidem genus referebat, proinde significavit R. Salomoni, velle se videre (*cadaver*) Ezechi-

וערים גדולים הם בארץ אררט ומעט יהודים שם כי מתחלה היו שם יהודים הרבה בימי קדם והרגו זה את זה ונפרדו והלכו לערי בבל מדי ופרס · ובארץ כוש ובארץ בבל יותר מששים רבוא יהודים וכן בארץ פרס · ובפרס שעבוד וצער גדול ליהודי' לכן לא בא ר' פתחי' ע אלא בעיר אחת של פרס · וכל יהודי שבבבל נותן זהוב לשנה לגלגלתו לראש הישיבה כי אין המלך מבקש מהם מס אלא ראש הישיבה ושלום ל יהודים שם שבארץ בבל · והמלך שהיה קודם בימי ר' שלמה אביו של ר' דניאל היה אוהב את ר' שלמה מפני שהמלך היה מזרע מחמם וראש גולה מדוד המלך ואמר לר' שלמה הוא רוצה לראות את יחזקאל הנביא שעשה נסים · ואמר לו ר' שלמה לא ת תוכל לראותו כי קדוש הוא ולא תוכל

לגלות את קברו · אמר לו המלך הוא
רוצה לדעת אמר לו ר' שלמה והזקנים
אדוני המלך הנה ברוך בן נריה תלמידו
קבור סמוך לחצרו אם תחפוץ תגלה ל
קברו אם תוכל לראות תלמידו
אחר כך תראה את רבו · הלך ול
יקבץ כל השרים וצוה לחפור וכל מי ש
שחפר בקברו של ברוך בן נריה מיד
נפל מת · היה שם זקן אחד ישמעאל
אמר למלך אמור ליהודים שיחפרו אחריו
ואמרו היהודי' אנו יראים אמר המלך
אם אתם תופשי' תורתו של ברוך בן
נריה לא יזיק לכם כי כל ישמעאל ש
שחפר נפל מת אמר ר' שלמה תן לנו זמן
שלשה ימים שנתענה כדי שימחול לנו
ואחר ג' ימים חפרו היהודים ולא ש
הוזקו וארון של ברוך בן נריה ב' אבני שיש
היה בתוך שניהם ומקצת הטלית יצא מ
מבין האבנים אמר המלך אין שני מלכים
משתמשים בכתר אחד אין נאה לצדיק
זה להיות אצל יחזקאל אני רוצה לנ
להביאו במקום אחר ונשאו האבנים שיש
עם הארון ונשאוהו ברחוק מקבר יח
יחזקאל מיל לא יוכלו לזוז ממקומם וכל
הסוסים וכל הפרדות לא יוכלו לזוז
הארון ממקומו ואמר ר' שלמה כאן בחר

Ezechielis Prophetæ, patratori miraculorum. Cui R. Salomo respondens, dixit: Non potes illum intueri, quia sanctus est, neque valebis effodere illius sepulchrum. Cum vero Rex se hoc scrutaturum persisteret, ajunt ei R. Salomo, & seniores (*cœtus Judaici, qui aderant:*) Ecce tibi Rex Domineque, Baruch Nerijæ filius, discipulus illius, prope sepulcrale atrium ejus conditus est, hujus, si ita videtur, monumentum prius explorato, atque viso discipulo, contemplare deinde præceptorem. Abiit itaque (*Rex,*) collectisq; omnibus Satrapis, sepulchrum fodicare jussit, verum quotquot Baruchi Nerijæ filii sepulchrum effodere conabantur, continuo exanimes cadebant. Erat ibi forte præsens senex quidam, ex Ismaëlitis, is suadere cœpit Regi, Judæis fossionem imperaret: at, Judæi, se metu corripi, respondebant. Tum Rex: Quod si legem Baruchi Nerijæ filii tenetis, nihil vobis periculi, soli enim fossores Ismaëlitæ extincti sunt. Ad hæc R. Salomo subjecit: Concede nobis tridui spatium, ad jejunandum, ut parcat nobis; (*quo impetrato,*) post exactum triduum, effodere sepulchrum Judæi, neque ullatenus læsi fuerunt. Componebant vero Baruchi Nerijæ filii, loculum, marmora duo, quorum in medio jacebat, ita ut lacinia sacri pallioli, (*e loculo*) prodiret. Ait Rex: Non decet, Reges duos una & eadem uti corona, eapropter indecorum, ut justus iste, juxta Ezechielem recubet, transferam eum in locum alium. Ergo sustollunt loculum marmoreum; cum vero ad milliare unum ab Ezechielis sepulchro processissent, non poterant se amplius loco movere, neque nulli equi aut muli, ad promovendum loculum sufficiebant. Tum R. Salomo, hunc locum, inquit, ὁ μακαρίτης sepulturam sibi elegit. Fuit

הצדיק ליקבר וקברו שם את הארון ובנה עליו פלטין יפים על קברו׃

igitur ibi loculus conditus, & sepulchro, egregium monumentum superstructum.

ונתן ר' שמואל ראש ישיבה כתב וחותמו לר' פתחיה בכל מקום שיבוא שם שיתייראו אותו ויראו לו מקום קבורת תלמידי חכמים והצדיקים׃ ובארץ בבל לומדים פירוש רבינו סעדי' שעשה מכל המקראות ומששה סדרים ופי' רב האי גאון והם קבורים תחת הר סיני רבינו סעדיה ורב האי ואמרו שכולם הר אחד משם עד הר סיני והוא קרוב לבגדת והוליך ר' פתחי' חותם של ר' שמואל עמו וכל שהיה מבקש היו עושין ויראים ממנו׃ והלך ר' פתחי' עד עיר אחד ששמה פולוס מהלך יום א' מבגדת ושם כוהן חשוב והכל מעידין עליו שהוא מזרע אהרן מאב ואם בלי דופי ויש לו ספר יחס ולפני אותה עיר קבר ובית יפה בנוי עליו ואמרו לו כי בא בחלום לאיש עשיר יהודי אני ששמו ברוזק משרי יכניה שהלכו בגולה ואני צדיק ואין לך בנים ואם תבנה על קברי בית יפה יהיו לך בנים ובנה עליו בית והיו לו בנים, ועשו שאלת חלום מי הוא הנקבר שם ואמר אני ברוזק ואין לי שם אחר.

Enim vero, R. Samuel Archisynagogus diploma cui suũ sigillum impresserat, dedit R. Petachiæ, ut in omnibus locis quo deferretur, ei salvum conductum (*Judæi*) præstarent, atque veterum Sapientum, & hominum pientissimorum tumbas ostenderent. In Babylonia, discendo terunt (*Judæi*) R. Saadiæ Commentarios, quos ex Scripturis & Talmude concinnavit, itemque Commentarios Illustris R. Haj. Ambo isti, R. Saadias nimirum, & R. Hai, ad radices montis Sinæ sepulti sunt, atque ajunt omnes istos montes cum Sinai conjungi, ita ut unum conficiant montem, est autem alter ille mons, vicinus Bagdado. Deferebat igitur R. Petachias secum diploma R. Samuelis, atque dicto omnes obedientes habuit, eo quod illum formidarent. Porro perrexit R. Petachias ad civitatem quandam, cui nomen Polos, & quæ itinere unius diei Bagdado distat, in ea degit Sacerdos venerabilis, de quo omnes testantur, ex semine Aaronis tam paternum quam maternum genus, citra ullam labem eum derivare, & est quoque ei libellus, seriem natalium continens. Ante hanc urbem sepulchrum est, cui fabrica elegans superimposita, atq; ajunt quendam per insomnium apparuisse Judæo diviti, ac dixisse: Mihi nomen Brusak, & inter cæteros Jechoniæ Optimates in captivitatem deductus sum, vir minime malus; cum vero tibi liberi nulli sint, scias, quod si super sepulchrum meum fabricam pulchram excitaveris, futuros tibi liberos. Condidit igitur Judæus monumentum, & liberos nactus est, quare somnispicia facientes, jusserunt manes nomen edere ejus, qui ibi sepultus. Responsum; Ego Brusak vocabar, nec aliud mihi nomen. Ille

שהיה הולך על׳ קבר מחמט הלך דרך לו
קבר יחזקאל ונתן מתנה ונדבה ליחזקאל
ונודר ומתפלל ואומר אדוניני יחזקאל אם
אשוב אתן לך כך וכך ודרך מדבר שם
הולכים שם בארבעים יום ומי שיודע
בדרך הולך בעשרה ימים מקבר יחזקאל
עד נהר סמבטיון וכל מי שרוצה לילך בארץ
מרחקים מפקיד כיסו או שום חפץ ליחזקאל
ואומר אדוניני יחזקאל שמור לי חפץ זה
עד שאשוב ואל תניח לקחתו שום אדם
אלא יורשיו וכמה כיסים של ממון מונחים
שם שנרקבו לפי שכמה שנים מונחים שם.
והיו שם ספרי׳ והיה רוצה להוציאו אחד
מן הרקים ולא היה יכול כי אחזתו גם
יסורים ועוורון לכן מתפארים כל העולם
מיחזקאל וכל מי שלא ראה בניין פלטין
שלו הגדול על קברו לא ראה בנין יפה
מעולם ובפנים מחופה זהב ועל הקבר
סיד גבוה כאדם ועל הסיד סביב ועל
גביו בנין של ארז מוזהב ועין לא ראה
דוגמתו ויש לו חלונות שאדם מכנים ב
ראשו ומתפלל ולמעלה עשה כיפה גדולה של
זהב ומעילים יפים מקיפים מבפנים וכלי
זכוכית בתוכו יפה מאד ושלשים כרות
של שמן זית דולקים שם יומם ולילה ול

& mox conspicit oculis suis, e longinquo, aliquid sideris instar micare: cum gemmam esse suspicaretur, eo se contulit, & rem scrutatus est, reperitq; grana sua aurea, ac proinde Ezechielis sepulchro illa dedicavit. (*Est quoq; notatu dignum*) omnes Ismaëlitas, quiq; ad Muhammedis sui sepulchrum profectionem faciunt, Ezechielis tumulum transire, atque Prophetæ dona & munera offerre, & in hæc verba vota facere: Domine Ezechiel, si (*sanus salvusq;*) rediero, dabo tibi hoc aut illud. Superest autem quadraginta dierum iter, per deserta conficiendum. Qui viam tenet, decem dierum itinere, ab Ezechielis tumulo, ad fluvium Sambatjon pervadere potest. Atenim, quisquis peregre abire constituit, loculum, aut rem aliam vehementer caram, apud Ezechielem deponit, cum his verbis: Domine Ezechiel, serva mihi rem hanc carissimam, usque dum reversus fuero, nec permittito, ut quisquam præter hæredes meos illam attingat: atque jacent ibi multi loculi argento repleti, qui, ob annorum, per quos repositi fuere multitudinem, plane computruerunt. Erant illic quoque libri (*Ezechielis fidei commissi*,) ex his quidam unum parvulum auferre nitebatur, verum frustra, nam eum mala multa, & oculorum orbitas occuparunt. Hinc orbis universus laudibus Ezechielem exornat. (*Est autem fabrica Ezechielis tumulo imposita, tam magnifica ac pulchra*,) ut quisquis hanc non viderit, nunquam pulchram fabricam vidisse judicandus sit: intus enim auro omnia incrustata conspiciuntur. Ipsi tumulo, (*cæmentitium quid*,) dealbatum calce, impositum, hominis altitudinem exæquans, atque circa cæmentum, & supra illud, suscitata est fabrica cedrina inaurata, cui similem nemo oculis usurpavit. Sunt

וקונים מן המתנות שנותנים שם השמן
זית ומדליקין עליו בשלשים נרות ויום ול
ממונים על המתנות שנותנים על קברו
כמאתים פרנסין זה ממונה אחר זה ול
ומאותו ממון שנותנים על קברו מתקנים
בית הכנסת שצריך תיקון ומשיאין בו
יתומים ויתומות ומפרנסין התלמידים
שאין להם במה להתפרנס · ובבגדת יש
שלשה בתי כנסיות לבד מבית הכנסת
שבנה דניאל במקום שעמד המלאך על
שפת היאר מזה אחד ומזה אחד כמו
שכתוב בספר דניאל · ובהיות ר׳ פתחיה
על קבר יחזקאל ראה בביתו עוף שפניו
כבני אדם והיה הפרנס השוער מצטער
ואמר מסורת בידנו מאבותינו כל בית שזה
העוף שוכן בו יהיה חרב וראה כשרצה
העוף לצאת מהחלון נהפך העוף ומת
ושמח הפרנס השוער מאד ואמר מאחר
שמת העוף נהפך הגזירה ואמר ראש
הישיבה לר׳ פתחיה שבימי קדם היה
עמוד אש על קבר יחזקאל אלא שבאו
בה פריצים וחללוהו שהיו באים בחג
הסוכו׳ לרגל כשמונים אלף והיו ביניהם
הנשים שאינם מהגונים ונסתלק עמוד
אש ובאותו חצר עושין סוכות ואצל
בית הקברות.

ibi fenestræ, per quas precaturi capita intromittunt, superne pergula conspicitur aurata, intus pulchris peristromatibus obducta, fenestrisque collucentibus exornata. Hic triginta lucernæ ardent totos dies noctesque, ac oleum quo ad accendendas triginta has lucernas opus est, ex votiva pecunia paratur. Et vero, donariis quæ isti tumulo offeruntur, ducenti Cimeliarchæ præfecti sunt, qui per vices officio funguntur, atque ex votivo illo ære reficiunt insuper Synagogam, quoties renovationem flagitat: amplius dotant inde adolescentes, & virgines, parentibus orbos, nec minus alunt eodem, studiosos pauperes alimentis destitutos. In urbe Bagdad Synagogæ tres sunt, præter eam quam condidit Daniel, in illo ipso loco, ubi angelum unum hinc, & alium inde, ad ripam rivi stantes conspexerat, de quo legitur apud Danielem (XII. 5.) Cum R. Petachias apud Ezechielis sepulchrum hæreret, conspexit super ædibus avem, cui humana facies; ibi mœrere homo qui thesauris ac ostio præpositus erat, & dicere: Antiquissima majorum traditione tenemus, omnem domum cui ista avis insidet, devastatum iri. Cum vero idem, avem ex fenestra provolare volentem, mutare formam, ac mori vidisset, lætatus est præfectus sepulchralis impense, aitque: Quoniam mortem obiit avis, nunc fatale decretum immutatum est. Archisynagogus retulit R. Petachiæ, exactis temporibus igneam columnam institisse sepulchro Ezechielis, sed venisse irreligiosos homines, eamque profanasse. Scilicet, confluxerant ad festum Scenopogias, octoginta circiter millia hominum, his cum immixti essent quidam improbi, defecit columna hæc ignea. Adornant autem in atrio & prope sepulcreta tabernacula.

Cæte-

ונתן לו הכהן חמשים בחורים ב
ברמחים ובכלי זיין ותיירו אותו כי אומה
אחת אצל בבל ואין חוששין על המלך
והם במדבר ונקראים חרמים על שם
שגוזלים ושוממים מכל אומה ופניהם
כעשב גרוכה ואין מאמיני' אלא באלם
יחזקאל וכן קוראים לו כל הישמעאלים
והוא כמהלך יום או חצי מבגדת וקברו
של יחזקאל במדבר ושמו ביד החרמים
והעיר קרובה למיל לקבר וביד היהודים
המפתחות וסביב לקבר יחזקאל מוקפת
חומה ועיר גדולה וחצר גדול ולחומה ע
אין שער כי אם שער קטן וקצר והיהודים
פותחין השער ונכנסין בו על ידיהם ועל
רגליהם כי נמוך הוא ובחג הסוכות ב
באין כל הארצות שמה והפתח מרחיב
ומגביה מאליו את עצמו עד שנכנסין בו
עם הגמלים ובאין שם כששים או שב
כשמונים אלף יהודים לבד מישמעאלים
ועושין סוכות בחצרו של יחזקאל ואחר כך
מקטין הפתח כבתחילה וכולם רואים
ונותנין נדרים ונדבות על קברו וכל מי
שהוא עקר או עקרה או בהמתו עקרה
נודר ומתפלל על קברו ואמרו לר' פתחיה
שהיה לשר א' סוסיא ונתעקרה והיתה

Ille (*cujus paulo ante mentio injecta*) Sacerdos, addidit (*R. Petachiæ*) quinquaginta studiosos juvenes, hastis armisque instructos, qui eum deduxerunt. Est enim quædam natio Babyloniæ finitima, quæ Regem (*Babylonium*) non veretur, sylvas inhabitans, eam Charamæos appellitant, quia omnes reliquos populos spoliant & latrocinantur. Horum vultus, cum herba Grona quid simile habent, neque aliud illis Numen, præter Deum Ezechielis, atque hoc nomine illum Ismaëlitæ quoque indigitant. Vnius aut dimidii diei itinere ab urbe Bagdad, distat Ezechielis sepulchrum, in nemore, idque Charamæi sibi vindicant, sepulchro intra unum milliare Fabrica adjacet, claves Judæi tenent. Ambit Ezechielis sepulchrum murus, cum ædificio insigni, habetque aream ingentem. In muro non est nisi porta exilis & angusta, eam Judæi aperiunt, & manibus pedibusque reptando ingrediuntur, quia humillima. At in Scenopegias festo, omnes ibi confluunt gentes, & tum sua sponte ita sese dilatat & extollit ostium, ut camelos insidentibus præbeat introitum. Confluunt id temporis Judæorum sexaginta aut octoginta circiter millia, Ismaëlitis exceptis, atque parant sibi tabernacula, in atrio Ezechielis. Finito festo, contrahit se porta ad priorem angustiam. Fit hoc inspectante omni populo, qui votivas oblationes, & donaria sepulchro infert. Item si quis vir ad gignendum, aut quæ mulier ad pariendum inepti sint, aut si quis infœcundum pecus habeat, ad Ezechielis sepulchrum vota nuncupare, & preces fundere consueverunt. Narratum est R. Petachiæ, fuisse Viro cuidã Principi, equam sterilem, qui, in loco, quatridui itinere ab Ezechielis sepulchro distante, degebat; hunc igitur votum fecisse, si paritura esset equa, daturum se pullum Ezechieli. Ex interjecto

כשהלך ארבעה ימים מקבר יחזקאל ונדר
אם תלד הסוסיא יתן הולד ליחזקאל
ואחר ימים ילדה וראה כי הוא טוב ונ
וחמל עליו ולא נתנו ליחזקאל וברח לו ש
הולד של הסוסיא מעצמו ונכנס לתוך ש
חצרו של יחזקאל ונתרחב השער עד ש
שנכנס והיה השר מחפש בכל מקום
הסוס ולא מצא עד ששם אל לבו ואמר
בשביל שנדרתיהו לתת ליחזקאל הצדיק
הלך שם ומצאו שם ורצה להוציאו ולא
יכול כי הפתח נמוך אמר היהודי אינו
אלא על הנס שנכנס הנה שמא נדרת ע
אותו לצדיק והודה לו ואמר נדרתי לו
ומה אעשה שאוציאנו אמר היהודי קח
כסף ושים על קברו אם תשים שויו יוצא
הסוס ונתן הכסף מעט מעט עד שנתן ש
שויו עד שנתרחב הפתח ויצא׃

tempore edit pullum equa ; quem cum speciosum deprehendisset, pepercit ei, neque Manibus Prophetæ illum consecravit. At, pullus equinus, sua sponte in fugam se conjicit, & aream quæ ante Ezechielis monumentum (*muro cincta est*) subintrat, expandente sese porta, & transitum præbente. Cum equuleum Princeps in omnibus locis quæsivisset, nec reperisset, tandem secum cogitare cœpit, ac dicere: Fortasse, quia votum feci, de ipso sanctissimo Ezechieli dando, (*ad ejus tumulum se hinc proripuit.*) Ergo illuc profectus, reperit pullum, quem, cum educere vellet, nequicquam conabatur, erat enim porta arctissima. Tum Judæus aliquis ei dicit: Fieri haud aliter potest, quam ut per miraculum huc intraverit (*equulus tuus,*) forsitan eum dicasti sacris Manibus. Ibi rem omnem fatetur Princeps, aitque: utique eum dicavi, verum quid facto opus est, ut illum educam? Respondet Judæus: Cape tibi argentum, atque ex eo (*minutatim*) tumulo imponito, sic, quamprimum æstimationem equuli implebis, eveniet, ut ille liber foras exeat. (*Paruit recta suadenti Princeps,*) & pauxillatim successive, eo usque argentum monumento ingessit, quoad pretium æquavit, &, dilatata porta, pullus egressus est.

ר׳ פתחיה הלך על קבר יחזקאל ונש
והביא בידו זהב וגרעינין של זהב ונפל
מידו הגרעינין ואמר אדוני יחזקאל בא
לכבודך באתי ונפלו ממני הגרעינין ונאבדו
בכל מקום שהן יהיו שלך והוה כראה ש
בעיניו רחוק ממנו כמין כוכב והיה סבור
שמא אבן טוב הלך וראה ומצא הגרעינין
ונתנם על קבר יחזקאל . וכל ישמעאל ש

Ipse R. Petachias ad Ezechielis sepulchrum se contulit, obryzum, sive auri grana manibus secum afferens. Ea cum ex manibus forte fortuna excidissent, Domine Ezechiel, inquit, tui honoris causa accessi, (*& ceu facere me par erat, dona mea quæ tibi litarem, mecum attuli.*) Sed, amisi grana (*aurea, huic rei destinata, improvide,*) & perierunt illa, nihilo minus ubicunque locorum jacent, tua sunto. (*Dixerat hæc,*) & mox

ונהר פרת ונהר כבר נופלין זה בזה
וניכרים ומעבר לנהר פרת כמיל כנגד ל
קבר יחזקאל קבר חנני' מישאל ועזרי'
וכל אחד לבד ועזרא הסופר וחזר ובא
בשני ימים עד נהרדעי והעיר כמהלך
שלשה ימים והכל חרב ובקצה העיר
יש קהילה והראה חותם של ראש ה
הישיבה והראה לו כנישתא דשף ויתיב
וג' חומותיה מאבנים וחומת מערבי על
נהר פרת כל החומה אין לה לא אבן
ולא לבינה אלא הכל מעפר שהביא
עמו יכניה ואין גג לאותו בית הכנסת
כי הכל חרב ואמרו לו היהודי' שבלילה
רואים עמוד אש יוצא משם עד קבר
ברוך שכתבנו לעיל וחזר לשם ובא
לעיר ששמה מילי ושם קברו של ר' מ
מאיר הוא ר' מאיר דמתניתין ויש לפני
העיר אצל המים שדה ובאותו השדה
יש הקבר והנה הפרת רבה על קברו
לעלות ולקחו מן הממון שנודרין היהודים
והישמעאלים ובנו עיר עליו סביב לקברו
ומגדלים בתוך המים ובית יפה על קברו
והישמעאלים קורין אותו חנוק מפני ש
שפעם אחת בא השלטון חמד אבן ע

Cæterum fluvius Euphrates, & Chaboras, aquas mutuo ita inter ſe communicant, ut tamen ab invicem dignoſci queant. Trans Euphratem, ad milliare unicum, e regione monumenti Ezechielis, ſepulchrum viſitur Chananjæ, Miſaëlis, & Aſariæ, quorum quisque ſeorſim conditus eſt, atque juxta hos quoq; Eſra Archigrammateus (*recubat.*) Poſtea reverſus (*R. Petachias*) bidui itinere Nahardæam delatus eſt, eam urbem, vix intra triduum permees, verum tota deſolata jacet, niſi quod in angulo ejus, cœtus Judæorum habitat: cumque diploma ſuum, quod (*a R. Samuele*) Archiſynagogo impetraverat, ipſis commonſtraſſet, oſtenderunt eidem (*veterem*) Synagogam Schav-Jetiv & triplicẽ ejus firmiſſimum murum, cujus occidentale latus, Euphrati ſuperſtructum eſt. Omnis iſte murus, minime petras excisas, aut lapidẽ habet coctilem, ſed totus ex terra eſt compoſitus, quam ſecum advexit Jechonias. Hæc autem Synagoga tecto deſtituitur, ob ejus regionis perpetuã ſiccitatem: atq; Judæi narrarunt illi, videre ſeſe noctu columnam igneam, quæ, inde ad Bruſaki ſepulchrum usque pertingit, cujus ſupra mentionem injecimus. Hinc recedens, in urbem quam Mili vocant, delatus eſt. Ibi conſpicitur ſepulchrum R. Meir, ejus nimirum, qui in Miſchna celebratur. Ante urbem ager eſt flumini vicinus, inque eo agro ſepulchrum, quod, cum ſæpe Euphrates exundando ſupergrederetur, ex parte opum, quas tam Judæi quam Muhammedani ibi dedicaverant, fabrica circa ſepulchrum condita eſt, cujus turres in ipſo flumine ſitæ, ſepulchro autem egregia Ædes ſuperimpoſita fuit. Muhammedani vocant illam Chanok, quippe quidam Eparchus abſtulerat aliquando lapidem ex gradibus, quibus ad ſepulchrum aſcenditur, hunc

R. Meir

אחת במעלות שעולין בו לקברו ובלילה
בא אליו ר' מאיר בחלום ותפס אותו
לחנקו · ואמר לו למה גזלת אבן ש
שלי וכי אינך יודע שאני צדיק ואהוב
למקום אז בקש ממנו מחילה אמר לא
אעשה עד שתשא אתה בעצמך על
כתיפך לעין כל ותאמר רשעתי שגזלתי
אדוני הצדיק ויראים ממנו הישמעאלים ו
ומשתחוים שם על קברו ונותנין לו מ
מתנות ונודרים אם יחזרו בשלו' נותנין
כך כך ובכל מקום שר' פתחי' הראה
חותם של ראש הישיבה מיד יוצאים ב
ברמחים ומתיירין אותו ומקבר יחזקאל
עד קבר ברוך בן נרי' רחוק מיל ומקבר
ברוך עד קבר נחום האלקושי כארבעה
פרסאות וביניהם באמצע קבר של אבא
אריכא וקברו אריך יח' אמה וחמשה מן
האמוראים קבורים שם ורחיים שעשה
רבא לתלמידים היא שם בלי מים והיו
טוחנין בו בימיו ובית יפה עליו ויש ל
להם מסורת שידועים קברי הנביאים
והאמוראים חמש מאות וחמשים כמ
כמנין שרים וכשיש קהלה סמוך לקבר
של צדיק אחד פורשים כלי משי על ה
הקבר וכשרחוקים משם פורשים עליו
מחצלת על הקבר שאין בית עליו ועל ה

R. Meir per quietem adiit, obtorto collo illum strangulare volens, sic eum compellans: Ecquare tu meum lapidem suffuratus es, an nescis virum pium me fuisse, & Numini carum? Cum vero ejus rei veniam petiisset Eparchus, respondit (*terriculamentum*:) Non hanc tibi indulgeo, nisi ipse omnibus inspectantibus, lapidem prius super humeros sustuleris, proclamando: Peccavi, quod Patronum meum sanctissimum spoliare ausus sum. Eapropter verentur hos Manes Muhamedani, & ad sepulchrum se prosternunt, munera offerentes, & donaria nuncupantes ob felicem reditum ex peregrinatione. Vbicunq; locorum R. Petachias diploma Archisynagogi exhibebat, illico prodibant armati aliqui, qui eum deducerent. A monumento Ezechielis, ad sepulchrum Baruchi Nerijæ filii, milliaris paulo majus intervallum est, a Baruchi vero sepulchro, Nachumi Elkoschæi tumulus abest milliaribus majoribus quatuor. Inter hæc, in medio, interjacet sepulchrum Abbæ Longurionis, (*qui in Taanit prædicatur*,) id longum est cubitos octodecim. Sunt ibi præterea quinque ex Amoræis sepulti. Spectare hic quoque licet molendinum, quod Raba discipulis condiderat, aqua carens, quo, ejus temporibus, ad molendum usi sunt, cui elegans domus superstructa. Jactitant accolæ, vetustissima traditione cognita se habere sepulchra Prophetarum, & Amoræorum quingentorum & quinquaginta, quorum numerum vox שרים complectitur. Quando caterva quædam sancti alicujus hominis sepulchrum visitatura adventat, tum ei tapetes sericei insternuntur: cum inde discessere, villoso gausape illud pertegunt, nisi quidē ædificium ei sit impositum. Super pleraq; sepulchra quæ tapetē aut gausape pro opertorio

רוב הקברים שעליו בגד או מחלצת
כמו כריך תחת המחלצת שמור הקבר
ואומרים לו כשתגביה המחלצת שמור
מן הנחש וראש הישיבה כתב לו מי
הם אותן האמוראים שקוברים שם ושכח
הכתב בביהם והוא בא מביהם הנה
וספר כל מה שהלך מביהם הכל למזרחו
של עולם ביהם מזרח לרעגנשפורג.
רוסיא מזרח לפולין ומשם פונה למזרח
הלך בששה ימים עד קברו של אדונינו
עזרא הסופר ואמרו בימי קדם היה קברו
של עזרא הסופר נשבר והיה רועה אחד
וראה תל וישן עליו בא לו בחלום
אמור לשולטן אני עזרא הסופר שיקחני
על ידי יהודים וישימני במקום פלוני.
ואם לאו כל בני עמו ימותו ולא חש
לאותו דבר ומתו הרבה הביאו יהודים
וחפרו בכבוד והיו ב' אבני שיש ועל השיש
היה חקוק עליו **אני עזרא הסופר**
וקברוהו במקום שאמר לרועה ועשה
פלטין על קברו ובשעה י"א עמוד אש
יוצא מקברו עד לרקיע שעה י"א ביום
ושעה י"ב והולכין שלש או ארבע
פרסאות מאור של העמוד וגם נראה
בשעה ראשונה של לילה: כל הישמעאלים

rio habent, poſt integumentum, Serpens convolutus jacet, ſepulchri cuſtos. Ideo ſtragulam ſemovere volenti, ajunt: Cave Serpentem. Archiſynagogus (*loci*,) R. Petachiæ ſcripto conſignavit, nomina omnium Amoræorum, qui illic humati ſunt, ejus indicis ipſe in Bohemia fuit oblitus. Venit autem huc ex Bohemia, narravitque itinera, quibus ex Bohemia in orientales orbis plagas perrexerat. Bohemia Ratisbonæ Auſtralis eſt: Ruſſia, Poloniæ. Hinc, orientali plagæ ſe obvertens, ſex dierum ſpatio ad ſepulchrum Eſræ Archigrammatei, Domini noſtri, ventitavit. Fertur, olim Eſræ ſepulchrum fractum (*deſolatumq;*) fuiſſe, atque paſtorem quendam, viſo cumulo illo, huic indormiviſſe. Atenim, per inſomnia apparuiſſe ei Eſram, ac dixiſſe, Nunciato Eparcho, eſſe me Eſram Archigrammateum, (*atq; hoc ei imperare*,) ut miniſterio Judæorum, in τὸν δεῖνα locum, meum cadaver deferat; quod ſi hoc facere negligit, omnes ei ſubditi populi, morientur; non curante vero Eparcho hoc mandatum, plurimos fato functos eſſe; itaque vocatis Judæis, reverenter effoſſum fuiſſe ſepulchrum, & incidiſſe eos (*in loculum*) e gemino marmore, cui impoſita tabella, inſcriptum habuerit, ARCHIGRAMMATEVS ESRA EGO SVM, ſicque ſepeliviſſe eum Judæos, in loco quem paſtori indicaverat, atque monumentum ſuper illud ædificaſſe. Hora diei undecima, columna ignea ex ſepulchro hoc prodit, cœlum ipſum attingens, & ad duodecimam usque perdurans. Ejus fulgor, itinerantibus per tria aut quatuor majora milliaria, omnia luce ſua colluſtrat. Eadem conſpicitur circa primam noctis horam, itaque omnes Muhammedani, hoc ſepulchrum religioſe colunt. Aſſervant autem Judæi claves ædicularum, quæ ei ſunt ſuperſtructæ, ac capientes dona-

מנותחו' ממה והמפתחות מן הבתים מעל
הקברי' המה בידי היהודי' והיהודים לוקחים
הנדרים ומשיאין בהם יתומים ויתומות
ותלמידים ובתי כנסיות של עניים:

donaria votiva, ex iis, parentibus orbis adolescentibus ac virginibus dotes constituunt, studiosos sustentant, & pauperiorum Synagogas reficiunt.

וקודם מהלך לקברו של עזרא הלך
ח' ימים לשושן הבירה ואין בו אלא
ב' יהודי' והראה חותם של ראש הישיבה
והראה לו את ארונו של דניאל · גם
מתחילה היה קבור בצד אחד והיה ש
שובע גדול והצלחה וברכה והיו בעבר
הנהר בצד האחר אומרים בשביל שאין
הצדיק קבור בחלקנו לפיכך אין ארצנו
מבורכת והיו מלחמות גדולים תדיר ביניהם
וגזלו אלו את הארון גם חזרו אלו וגזלו
עד שבאו זקנים ועשו פשרה ביניהם
ולקח הארון ונעשו עמודי ברזל גבוהים
בתוך הנהר ותלו עליהם בשלשלאות של
ברזל והארון הוא נחשת קלול והוא ב
באמצע הנהר והארון י' אמות גבוה מן
המים ורואין אותו למרחוק כזכוכית
יפה ואמרו היהודים כל ספינה ההולכת
תחת הארון אם הן זכאין ילכו לשלו' אם
לאו תטבע במים ויראים לעבור שם:
ואמרו לו שתחת ארונו יש דגים נזמים

Priusquam R. Petachias Esræ tumulum petiisset, octo dierum spatio ad Susan Regiam urbem pervenit, quam soli duo Judæi inhabitant, quibus, cum Archisynagogi diploma inspiciendum dedisset, ostenderunt ei loculum Danielis. Olim conditus fuerat (*Propheta sanctus*) in uno latere, illamque soli partem, terræ proventuum ingens ubertas, felicitas, ac beatitudo manebant, ii vero qui trans flumen habitabant, cum miseria conflictabantur. Quamobrem inquiunt: Quia Vir sanctissimus in nostra parte sepulchrum non habet, ideo nostrum solum infelix est. Proinde, assidue magna bella inter se gerebant, modo his, modo illis loculū surripientibus, quoad Senes quidam adventantes, compositionem inter eos fecerunt, acceptumq; loculum, ex columnis ferreis prægaltis, quæ flumini inædificabantur, cum catenis ferreis suspenderunt. Atque sic loculus, fabrefactus ex ære terso, pendet in medio fluminis, cubitos decem supra aquam elevatus, & ex longinquo eum spectantibus, vitri pulcherrimi speciem præbet. Judæi perhibent, si in qua navi subter loculum transeunte, homines pii vehantur, huic prospere omnia evenire, eam vero, quæ impios complectitur, naufragio perire, itaque illic transire formidant. Ajunt quoque pisces sub loculo reperiri, cum aureis inauribus. R. Petachias non transivit sub loculo, sed illum ex ripa cum contuitus esset, in urbem Bagdad revertit. Ostenderunt hic ei camelum volantem, qui humilis est, & pedes habet graciles; quo, cum quis vehi vult, eidem alligatur, ne decidat, atque

של זהב בא:כיהם והוא לא עבר תחת
לרוכו אלא עמד על שפתו וראה הארון
וחזר לבגדת והראה לו גמלא פורחא
דכמיך הוא ורגליו דקין וכשחפץ האדם
לרכוב קשרו עליו שלא יפול והרוכב
מהלך מה שאדם הולך בט״ו ימים ש
הולך גמלא פורחא ביום אחד ויותר
היה יכול לרכוב אלא שאין האדם יכול
לסבול וברגע אחד מדלג מיל והראה
לו שערי הבגדת השערי׳ גבוהים ק׳ ש
אמות ורחבו י׳ אמות של נחשת קליל
ומצויר שאין אדם יכול לעשות דוגמתו
ומסמר א׳ נפל ממנו ואין אומן יודע
לתקוע בו אותו מסמר · ומתחילה היה
הסוסי׳ נרתעים לאחוריהם כשרואין מפני
שרואין זוהר נחושת הסוסים נראים ל
להסוסים כרצים לקראתם וברחים ולקחו
חומץ והרתיחו ושפכו על השערים ש
העביר זהב של קליל בשביל הסוסים
שיכנסו ונראה למעלה מעט שלא נשפך
החומץ עליו והשערים האלו הם משערי
ירושלים ׃ וראש הישיבה יש לו כמה ע
עבדים ומי שלא יעשה במהרה הציוי
יכוהו ויראים ממנו והוא צדיק ועניו וג
ומלא תורה ולובש בגדי זהב וצבעונין כ
כמלך ופלטין שלו ביריעות של משי כ
כמלך׃

quantum itineris viator pedes intra quindecim dies absolvit, tantundem conficit camelo volante utens, die unico, imo & amplius conficeret, nisi hominis vires impares essent, perferendæ velocitati, nam, in momento unico mille passuũ transilit spatium. Ostenderunt ei similiter portas urbis Bagdad quæ altæ sunt cubitos centum, latæ decem cubitos, ex ære terso, imaginibus effigiatæ, quarum similes nemo homo efficere potest. Exciderat forte ex his clavus; sed nemo repertus est artificum, qui eum in locum restituere queat. Antiquitus equi, cũ has portas viderent, expavefacti, retro ferebantur, nam, æris splendor, figuram equorum iis exhibebat, quasi in occursum suum procurrentium, itaque aufugere solebant. Eam ob rem acetum fervefactum superfudere foribus, quo, turbatus est aureus nitor æris lucidissimi, ne equi ab ingressu abhorrerent: videre est tamen in summitate paululum spatii, super quod acetum non fuit effusum. Atq; hæ portæ, sunt ex portis urbis Hierosolymitanæ. Archisynagogus loci, multos habet ministros, qui, imperata ejus segniter facientes cædunt, ideo omnes illum verentur. Est autem vir pius, & mansuetus, plenus sacra eruditione, induiturque aureis, & conchyliatis vestibus, adinstar Regis alicujus, quin & palatium habet, sericis peristromatis obductum, regalem in modum.

והלך בב ימים מבבל עד קצה בבל
הישנה והנה ביתו של נבוכדנצר חרב

Porro, bidui itinere, a Babylonia (*nova, vel potius Bagdado*) ad oras veteris Babyloniæ pervenit, atque

כולו ואצל ביתו עמוד וביתו של דניאל כאלו
הוא חדש ובמקום מושבו של דניאל אבן
יש ובמקום רגלו שיש ואבן אחד למעלה
שהספר מונח עליו שכתב משם ובכותל
שבין דניאל לבית נבוכדנצר חלון קטן
שהיה משליך בו כתבים ומעלות למטה
שהיו יושבים לפניו שלשים חכמים ג
עשרים ואצל מקום מושבו לימינו ת
תקועה אבן ואמרו מסורת בידינו ששם
כלי בית המקדש טמונים ופעם אחת
באו שלטונים לחפור מפני שהוגד להם
וכשלקחו האבן נפלו מתים לפיכך לא
לקחו כלום משם ויבאו מאותו חדר וג
והעלוהו בעובי החומה במדריגות בע
בעליתיה שהיה מתפלל בו דניאל הפתח
מוטה שמכוון נגד ירושלים וכך בא
באומנות נעשה שלא היה אדם יכול ל
להגיד · וחזר ואמר שלא ראה אשה כל
זמן שהיה בבבל מפני שמכוסות וצ
וצנועות הן וכל א׳ וא׳ יש לו מקוה ב
בחצרו ואינו מתפלל עד שיטבול · והולכי
דרכים שמה הולכים בלילה מפני שש
החמימות ובימות החורף גודל הכל לשם
כבימות הקיץ בכאן ומלאכתם רובם ב
בלילה · ובבל ממש עולם אחר ועסקיהם
בתורה ויראת שמים ואף הישמעאלים
נאמנים וכשהסוחר הולך לשם נותן ט

ecce Nebucadnezaris domus tota desolata jacet, ac prope parietinas illas columna conspicitur, domus autem Danielis, quasi nova apparet. Ibi, in loco, ubi sedere solebat, lapis se exhibet, item marmor in loco ubi pedes reponebat, itemque superest lapis superne, cui liber e quo transcribebat, erat impositus. In pariete intergerino, inter domum Danielis & Nebucadnezaris, foramen parvum est, in quod a se scripta reponere consuevit: infra, gradus se offerunt, in quibus coram eo considebant sapientes piissimi triginta. Prope sessionis locum, a dextris lapis fixus est, atque habet vetus traditio, illic vasa Sanctuarii fuisse recondita. Indicatum id aliquando Optimatibus regionis, quā obrem venere ad fodiendum, cum autem lapidē sustulissent, exanimes conciderunt, nec quicquā inde fuit ablatū. Dehinc (*monstratores Petachia*) eum per gradus & muri ipsius concavū, deduxerunt ad cœnaculū, ubi precari Daniel solebat, cujus ostium ita dispositum est, ut Hierosolymas ex adverso respiciat, tanto artificio, ut nemo illud explicare queat. Reversus R. Petachias, serio testatus est, non vidisse se ullam fœminam, omni eo tempore, quod in Babylonia exegerat, nam velatæ & verecundæ sunt, atque cuique patrifamilias, in atrio ædium, suum est balineum, neq; preces fundunt nisi loti. Cæterum, viatores, illic noctu iter faciunt, ob calores (*quos interdiu experiuntur,*) atq; hiberno tempore omnia ibi sic crescunt, prout apud nos æstivo, quin & opera, plurimum noctu fiunt. Est Babylonia orbis quasi alius, (*& qui hanc incolunt Judæi*) studiis sacrarum Literarum & Numinis reverentiæ dediti sunt. Etiam Ismaelitæ fidelissimi deprehenduntur: Quippe, cum quis mercator eos adit, deponit in domo aliqua merces suas, & recedit; Illi vero (*qui-*

הסחורה בבית א' והולך לו ומביאין
אותה סחורה בכל מקום על השווקים
אם רוצים לתת כמו שדבר הסוחר הרי
טוב ואם לאו יראו הסחורה לכל ש
התגרים ואם רואה שיתקלקל ימכור ש
אותה והכל באמונות׃

ובבבל יש ל' בתי כנסיות לבד משל
דניאל ואין חזן לשם ולמי שיצוה ראש
הישיבה להתפלל מתפלל· אחרי אומר ב
ביחיד ק' ברכות ועונין אחריו אמן ואח"כ
יעמוד אחד ויאמר ברוך שאמר בקול רם
ויעמוד אחר ויאמר כל השבחות ומסיימין
אותו הקהל וקולו נשמע למעלה מ
מכולם כדי שלא ימהרו והכל אחריו וש
ואומר ישתבח קודם ויושע ואחר כך מתפלל
ואולקים התפילה לכמה חזנים ולא
ידבר א' עם חבירו בבה"כ ועומדים בא
בתרבות והכל בלא מנעלים בבה"כ יחפים
וכשלומדים ומועים עצמם בניגון מראה
להם ראש הישיבה באצבע ומבינים ש
היאך הוא הניגון ויש בחור שיש לו
קול נעים ואומר מזמור בקול נעים׳
בחולו של מועד אומרים המזמורים ב
בכלי שיר שיש מסורות באיתהו ניגונים
יש להם עשר ניגונים ואל השמיניות ש
שמונה ניגונים ועל כל מזמור יש כמה
ניגונים· וכשהיה ר' פתחיה בפוליתים
דדניאל הראו לו גוב אריות עמוק מ

(*quibus merces credidit*,) eas passim venum vicatim exponunt, atque si pretium a domino constitutum quis offerat, bene se res habet, sin minus, cum institoribus ad eas emendas agunt, atque si metus sit, illas corruptum iri, venduntur, atq; hæc omnia fiunt summa fide.

In Babylonia, præter Danielis Synagogam, sunt triginta aliæ, non autem quisquam in his definiti præcentoris munere fungitur, sed is, quem preces cantare Archisynagogus jubet, præcinit. Recitat autem solus centum consuetas precationes, cœtu Amen ad eas succinente. Postea surgit quidam, & orationem ברוך שאמר voce elata precatur. Prodit dehinc alius, qui laudativas preces nostras peragit, exodium faciente cœtu, ita tamen, ut inceptoris vox ante omnes exaudiatur, ad vitandam festinationem; hunc igitur præcinentem, reliqui sequuntur. Præmittit autem precationem ישתבח precationi ויושע (*contra quam apud nos in Germania fieri assolet*,) postea reliquæ preces subjiciuntur, atque sic officium quotidianarum precum, inter multos dividitur. De reliquo, haud quisquam cum socio in Synagoga verbum ullum colloquitur, stantq; modeste, & omnes sine calceis, nudipedes. Cum inter modulandum dissonum quid committunt, Archisynagogus digito iis signum facit, atq; tum statim intelligunt, quomodo vocem emendare conveniat. Psalmos plerunque dulcicanus juvenis suaviter modulatur, inque semisacris diebus, instrumenta musica insuper adhibent. Constat enim iis antiqua traditione, quæ singulis melodiæ con-

מאוד וכבשן האש חציו מלא מים ומי
שיש לו חולי קדחת רוחץ וטובל בו ו
והוא מתרפא · ועוד כשהיה בבגדת ראה
שלוחים של מלכי משך כי מגוג רחוק
משם כמהלך עשרה ימים והארץ מושך
עד הרי חושך מעבר להרי חושך בני
יונדב בן רכב · ולשבעה מלכי משך
בא מלאך בחלום שיניחו דתיהם ו
וחוקותיהם ואם לא יחריבו את ארצם
ויתפשו בתורת משה בן עמרם ונשתהו
עד שהתחיל המלאך לשחת את ארצם
ונתגיירו מלכי משך וכל ארצם ושלחו
לראש ישיבה שישלח להם ת״ח וכל תי
שהוא עני הולך לשם ללמדם ואת ב
בניהם התורה והתלמוד בבלי : ומארץ
מצרים הולכים התלמידי' ללמוד והוא ר
ראה השלוחים וגם הולכי בקבר יחזקאל
כששמעו הנסים והמתפללים שם נענים.
ואמר הרר' פתחי' שהרי אררט רחוק מ
מבבל מהלך ה' ימים · והרי אררט ג
גבוהים והר א' גבוה ולמעלה ממנו
ארבעה הרים שנים כנגד שנים ונכנס
תיבת נח בין אותן ההרים ולא יכלה ל
לצאת משם ואין התיבה שם אלא גב

veniant. (*atq; psalmorum, in quibus vox* עשור *quam de Decachordo communiter accipiunt, expressa legitur,*) ipsi decem tenent melodias; eorum in quibus השמינית (*quod plerisq; Octochordum significat*) scriptum est, melodias callent octo, habent quoque cujusque psalmi melodias varias. Cum R. Petachias in cœnaculo Danielis esset, monstrarunt ei foveam leonum, profundam admodum, itemq; fornacem ignitam, cujus medietas aqua repleta: in hac, si quis febri ardente laborans, sese lavet, eidemque se immergat, illico convalescit. In urbe Bagdad adhuc agens, vidit Legatos Regum Meschech, atque Magogi regio distat inde decem dierum itinere, & porrigitur usque ad montes caliginosos, ultra quos posteri Jonadab filii Rekab degunt. Ajunt, septem Regibus, qui tractui Meschech imperant, apparuisse per quietem Angelum, atque eos hortatum esse, desererent religionem suam, & instituta, legemque Mosis Amrami filii amplecterentur, alioqui regionem ipsorum devastatum iri. Ii vero moras trahebant, quoad Angelus delolationis faciebat initium, atque tum Reges illi, cum omnibus subditis, sacris Judæorum accesserunt, ac ab Archisynagogo Babylonio petierunt, mitteret ipsis Viros Sapientes. Huc igitur se conferunt eruditi pauperes, ut homines illos, eorumque liberos, Legem Divinam, & Talmud Babylonicum edoceant. Confluunt quoque (*Babyloniam*) ad discendum, ex ipsa Ægypto discipuli. Vidit R. Petachias Legatos illos, qui sepulchrum quoque Ezechielis petierunt, postquam miracula, quæ ibi fiunt, compererant, & certiores redditi fuere, exaudiri illic precantes. Testabatur R. Petachias, Montes Ararat, a Babylonia quinque dierum distare itinere, atque esse præaltos. Horum unus, & ipse altissimus, quatuor alios supra se habet, ita ut bini binis invicem opponantur. In hos medios

נרקבה וההרים מלאים קמשונים ועשבים
וכשירד הטל עליהם ירד מן עליהם וחם
השמש ונמס ומי שמלקטין בלילה אם
הוא ממתין הוא ביומם אלא לוקחין ע
המן עם הקמשונים ועם העשבים וש
וחותכין אותם כי קשים הם מאד ׃
והוא לבן כשלג והעשבים והקמשונים
מאוד מרים וכשמבשלים אותם עם המן
והיו מתוקין מדבש ומכל מיני מתיקה
ואם היו מבשלין אותם בלא קמשונים
אברין היו מתפרדות מרוב המתיקה והם
כגרעינים קטנים ונתנו לו לאכול מעט
ונמס בפיו והיה מתוק ונכנס בכל ע
אבריו ולא היה יכול לסבול המתיקה ׃

dios invecta est arca Noachi, nec potuit inde recedere. Nihil autem Arcæ illius superest, sed computruit, plenique sunt montes carduis & virgultis, supra quos, cum rore Manna quoque decidit, idque Sole incalescente liquescit, unde & noctu hoc colligentibus, si tardent, idem hoc accidit, proinde Manna simul cum carduis & virgultis capiunt, quos resecant, sunt enim valde duri. Ipsum Manna instar nivis candicat, cardui vero ac virgulta magnam habent amaritudinem, quod si vero cum Manna coquantur, melle, & quibusq; reb⁹ aliis dulcissimis, dulciores evadunt. At, sine carduis his coctū (*comestumq; Manna,*) membra dissolvit, ob nimiam dulcedinem. Refert autem Manna, speciem granorum parvulorum, ex eo paululum degustandum dederunt R. Petachiæ, quod, in ore colliquescebat, summam habens dulcedinem, & omnia membra pervadens, neque poterat sufferre dulcitudinem nimiam.

וכשהלך ר' פתחי' על קבר יחזקאל
מגדל של דור הפלגה כו' נפל והוא הר
גבוה תל עולם והעיר לפניו חרב ׃ ו
והמלך שהיה בימי ר' שלמה אביו של ר'
דניאל ראש גולה כשראה הנוגה שיצא
מקבר ברוך בן נריה ושליותו נראה
מעט בין שני אבני שיש יפה וזוהר ג
גדול הלך לעיר מקבש מקבר מחמט
לראותו בקברו והנה הוא פגר בוכה

Petente R. Petachia Sepulchrum Ezechielis, (*prætervectus est*) turrim, quam ii condiderant, quorum linguæ confusæ fuerunt. Ea corruit, montemq; altum, ac acervum æternum progeneravit, quæ ex adverso sita erat civitas, desolata jacet. Rex ille, qui imperitabat temporibus R. Salomonis, patris R. Danielis Æchmalotarchæ, cum vidisset fulgorem prodeuntem ex sepulchro Baruchi, filii Nerijæ, itemque venustatem, & eximium jubar laciniæ illius, quæ, ex palliolo, inter gemina marmora, (*loculum efficientia*,) prominet, abiit in civitatem Mikschas, ad sepulchrum Muhammedis, ut hujus habitum oris in tumulo intueretur. (*Eo delatus,*) ecce reperit cadaver conculcatum & putridum, tamq; gravem fœtorem monumentum exhalabat, ut nemo mortalium hunc sufferre

posset

ונרקב רוחו רע עולם מקברו שלא היה
אדם יכול לסבול ואמר לכל עמו שאין
ממשות לא במחמט ולא בדתו ואם ש
רואים שברוך בן נרי' שלם ומליתו …
יוצא מקברו והוא תלמיד לנביא ו…
והישמעאלים שהיו חופרים היו מתים …
והיהודים לא הוזקו לכך ידענו שה
שהיהודים תופסים תורה של ברוך ב
בן נרי' ולא הספיק לגייר הוא וכל עמו
עד שמת ונתבטל הגזירה שרצה לגייר
וכל עמו׃

posset. Quamobrem omni suo ait populo, nihil veri sanique inest tam Muhammedi quam ejus Legi; contra, Baruchum Nerijæ filiū, qui Prophetæ tantū discipulus fuerat, spectare licet integrum, (*mireq; fulget*) e loculo propendens lacinia; hujus sepulchrum effodere volentes Ismaëlitæ, conciderunt exanimes, at Judæis, nihil sinistri evenit, proinde agnosco, Judæos amplecti Legem Baruchi, Nerijæ filii. Verum, non potuit ante obitum destinata perficere, quibus ipse cum universo populo suo Judæorum sacra profiteri proposuerat, atque abolitum postea fuit decretum, ob illam caussam ab eo latum.

ועזרא הסופר בסוף ארץ בבל …
וכשעמוד ענן אש על קברו אין רואין
הבית אשר בנוי עליו מפני זוהר שעל
קברו ואחורי עיליתיה דדניאל פרדס נאה
והתמרים עדיין עומדים גם הבאר שלו
ומי שהיה שם מעט היה מבין לשונם
כי קרוב הוא ללשונינו או לתרגום כגון
דריך דרך לחום לחם ובארץ ישמעאל גדל
הזהב כעשבים בלילה רואין זוהרו וש…
ועושין סימן באפר או בטיט ולמחר ב…
באין ולוקטין העשבין שזהב עליו וש
והזהובים מצויים ושם להם זהב הרבה׃
וחזר פניו למערב וחזר לנינוה ומנינוה
לנכיבין ושם בה שבכה עזרא ועל ש…
שאבן חקוק עזרא הסופר והלך לארץ
ולארם נהרים שני נהרים ושם בנכיבין

De Esra Archigrammateo, qui in extremis finibus Babyloniæ conditus est, (*monendum adhuc amplius,*) quod, quoties columna ignea ejus sepulchrum occupat, non conspiciatur fabrica eidem superstructa, ob fulgorem, quo sepulchrum collustratur. Retro atque a tergo cœnaculi Danielis, viridarium est amœnissimum, in quo supersunt palmæ (*quas sevit,*) cum illius fonte. Qui paulisper ibi subsistit, facile capit sermonem incolarum, nam magnam habet affinitatem cum lingua nostra, aut cum Chaldaismo Sic, Daroch dicunt, pro Derech, Lachom pro Lechem. In Ismaëlitarum regionibus, progerminat aurum herbæ adinstar; animadverso igitur noctu ejus fulgore, signum faciunt pulvere aut argilla, atque postridie adventantes, decerpunt herbas quibus aurum adhæret. Abundant idcirco moneta aurea, ipsoque auro. Postea cum rursus versus occidentem vultum Petachias direxisset, Nini ven

כה״ מאות יהודי׳ ומשם לחמת וכל הערים הגיד שמם וכמה ימים הלך מזו לזו ׃ ואין צורך לכתוב ומשם לחלב הוא צ ארם צובה ולמה קורין אותה חלב כי בהר היה צאנו של אברהם אבינו ומעלות יורדות מן ההר משם היה מושיט לעניים חלב והלך לדמשק והיא עיר גדולה ומלך של מצרי מושל עליה ושם כעשרת אלפים יהודים ונשיא להם וראש ישיבה שלהם ר׳ עזרא מלא תורה כי סמכו ראש הישיבה מבבל ׃ ודמשק ארץ טובה בתוך גנות ופרדסים ושילוכית גבוהים שמהם מקלחים מים ובריכות גדולות מאוד והמים שם טובים מאוד וכל מיני פירות שם ומגדים לשם ואומרים הישמעאלים אם גן עדן בארץ אז דמשק הוא הגן עדן ואם בשמים הוא אז דמשק עומד כנגדו בארץ מלמטה ומי שהולך לדמשק רואה הר שעיר לצדדין והר חרמון והר הלבנון ובארץ סיחון ועוג אין בו עשב וצמח כמהפכת סדום ועמורה וראה קבר ארוך שמוכים אמה ואמרו שהוא של שם בן נח אבל היהודים לא אמרו זה ׃ ולסוריא

reversus est, atque hinc Nisibin pervenit. Est ibi Synagoga, quam Esra condidit, habetque lapis inscriptum: ESRA ARCHIGRAMMATEVS. Abiit quoque in Haran, inque Aram Naharaim, quam, duo fluvii alluunt. Nisibin, inhabitant Judæi bis mille octingenti, inde Chamatum delatus est. Recitabat autem nobis nomina omnium urbium, quas hic peragravit, & quantum temporis ab una ad aliam eundo insumserat, ista annotare minime necesse est. Porro, urbem Chalab adiit, hæc, eadem est cum illa, quæ (*Ps. LX.* 2.) Aram Zoba vocatur. Dicta est autem Chalab, quia in monte (*vicino*) pascebant greges Abrahami patris nostri, atque per gradus a monte fiebat descensus, ut hinc egentibus commode lac præbere posset. Porro Damascum perrexit, quæ civitas magna est, cui Rex Ægypti imperat. Degunt hic decies mille circiter Judæi, habentque suum Principem, Archisynagogus vero vocatur R. Esra, vir plenissimus sacra doctrina, cui Archisynagogus Babylonius, Rabbinatus honores solemni ceremonia impertivit. Cæterum, Damascus solum fœcundum habet, & undique hortis ac viridariis cingitur. Sunt ibi canales magni, e quibus aqua profluit, itemque piscinæ vastissimæ, ipsa autem aqua est saluberrima, omnibusque fructuum ac proventuum generibus regio gaudet. Hinc dicere solent Ismaëlitæ: Si Paradisus in terra fuerit, is Damascus est; sed, si in Cœlo fuerit, Damascus ex adverso ejus, infra in terris sita est. Qui Damascum petunt, e latere vident montes Seir, itemq; Hermonē & Libanona montes. In regione vero Sichonis & Ogi, nec herbas, nec frutices reperire est, sed cœlesti igne subversarum Sodomæ & Gomorræ refert imaginem. Vidit hic Petachias

כמהלך ב' ימים ועובר הירדן ממערבה
כמו שאמרו ממערת פמיים· ובא לטבריה
ושם קהילה גם בא"י יש קהילות אלא
שאין בהם אלא ק' או ר' או ש' ב
בעלי בתים ובטבריה יש בה"כ שבנה יה
יהושע בן נון· ובציפורי רבינו הק
הקדוש קבור שם וריח טוב יוצא מקברו
וכשרחוקי' מיל מקברו מריחין הריח הטוב
היוצא מקברו. וקברים של א"י נבוכין ולא
של בבל כי של בבל מים מצוים ואינם יכולים
לחפור מערות עמוקות ומזרע. רבי יש ב
בחור ושמו ר' נהוראי ויש לו בן ושמו ר'
יהודה הנשיא ויש לו ספר היחס עד
רבי ורבי נהוראי רופא ומוכר בשמים
בשוק ובניו לפניו בחנותו ומכוסין שלא
יראו לכאן ולכאן והוא ת"ח וצדיק· וט
וטבריה וציפורי וכל הערים הסביבותיהם
בגליל התחתון הם במישור· וראה אושא
ושפרעם שהיה ר' גמליאל במקום גב
סנהדרין ובעכו יש יהודי ובעכו יש מ
מעיין שנובע כל ו' ימים ובשבת אפילו
א' לא נמצא בו ובגליל התחתון יש מ
מערה ובפנים הוא רחב וגבוה מצד א
מערה של שמאי ותלמידיו ומצד אחר ש

ſepulchrum, longum cubitos octoginta, quod Semi, filii Noachi eſſe ajunt, verum Judæi non id affirmant. In Syriæ (*intima deinceps*) bidui ſpatio tranſivit, trajecto Jordane in ſpecu quadam. (*Verum eſt enim, quod Talmudiſtarum, & aliorum Sapientum*) voce frequentatur, (*Jordanem oriri*) ex ſpecu Pamyas. Poſthæc Tiberiadem adiit, ubi cœtus Judæorum habitat. Sunt quoq; in Palæſtina cœtus (*noſtræ gentis*,) etſi haud ultra centum, ducentas, aut trecentas familias ſe porrigunt. Habet autem Tiberias Synagogam, quam Joſua filius Nun exſtruxit. In Zippora, Magiſter noſter (*Judas*) Sanctus ſepultus eſt, e cujus ſepulchro odor ſuavis prodit, quem, milliari uno ab hoc tumulo ſemoti, percipiunt. Palæſtinæ ſepulchra profunda ſunt, Babylonica vero non item. Quippe in Babylonia (*fodientibus*,) mox aquæ ſe offerunt, ita ut foſſæ altæ fieri nequeant. Supereſt ex Magiſtri Sancti proſapia quidam vir eruditus, cui nomen R. Nehorai, qui, ſuſcepit R. Jehudam filium, virum primarium, habetque librum genealogicum, quo ſtirps ejus non interrupto ordine, ad Magiſtrum Sanctum deducitur. Cæterum, R. Nehorai Medicum profitetur, venditque publice aromata; liberos ſecum habet in taberna, verum obvelatos, ne hac illac poſſint reſpicere, (*atq; ipſe eos erudit*,) eſt enim ſapiens juxta ac pius. Tiberias, Zippora, omnesque circumjacentes urbes Galilææ inferioris, in planitie ſitæ ſunt. Luſtravit quoque R. Petachias Vſcham & Schiphremum, ibi R. Gamaliel, loco (*in exilium pulſi*) Synedrii erat. Vrbem Acco unus tantum Judæus inhabitat, in ea fons reperitur, qui univerſis ſex (*hebdomadis*) diebus manat, ſed in Sabbato ne (*guttam*) quidem unicam ibi offendas. In Galilæa inferiore

הילל ותלמידיו ובאמצע המערה אבן ג
גדולה חלולה כמו כוס ונכנס בבית ק
קבולה כארבעים סאה ויותר וכשבאין ש
שמה אנשים הגונים יראה האבן מלאים
מים יפים וירחץ ידיו ומתפלל ויבקש
מה שירצה ואין האבן חלולה מתחת כי
אין באים המים מן הקרקע אלא נעשו
לכבוד אדם הגון ולאדם שאינו הגון לא
יראו המים · ואם ישאבון מן האבן א
אלף כדים מים לא יהיה חסר אלא מ
מלא כשוויתו ·

riore Specus est, intus altum latumque, atque ibi ab uno latere caverna se offert, in qua Schamæus cum discipulis conditi sunt; in altero, Hillelis, hujusque discipulorum caverna conspicitur: in medio specus, lapis ingens poculi in modum excavatus jacet, qui in vacuitatem quadraginta & amplius congios admittit. Iste lapis, ventantib, huc viris eximiæ pietatis, plenus aquarum limpidissimarum deprehenditur, his illi manus lavant, & tum postea orant, & preces ex sententia concipiunt. Non est autem lapis in fundo perforatus, nec enim ex solo aquæ proveniunt, sed in honorem viri alicujus Eximii progenerantur, cumque homo vilis adest, nullæ aquæ comparent. Quod si, cum aquis refertus est lapis, mille cadi inde hauriantur, non tamen ei quid decedit, sed eandem semper servat plenitudinem.

והלך לגליל העליון ועמד בהרים
ולשם נתאי הארבלי בארבל והר געש
גבוה מאד ובהר געש קבור עובדיה ה
הנביא והר געש גבוה מאוד ועולין בו
במעלות שעשוין בהר ובאמצע ההר י
יהושע בן נון קבור ואצלו כלב בן
יפונה ואצלם נובע מעיין מים טובים
מן ההר ובנויים היכלות נאים אצל ה
הקברים וכל בניין א' של אבנים ואצל
היכל אחד ניכר פסיעה אחת כאדם
הפוסע בשלג וזוהי שדרך בה המלאך
ונתגעש א' לאחר מות יהושע · ואמר
ר' פתחיה שכל א' היא כמהלך ג' ימים·

Contendit præterea R. Petachias in Galilæam superiorem, in montanis subsistens: ibi, in civitate Arbela situs (*Doctor Mischnicus magni nominis*) Nitai Arbelensis. Mons Gaasch valde excelsus est, atque in eo conditus Obadias Propheta. In hunc montem præaltum, per gradus fit ascensus, qui, ibi incisi sunt, atque in medio montis sepultus est Josua filius Nun, & juxta eum, Caleb Jephunne filius. Prope horum monumenta fons scaturit, e quo aqua optima per montem manat, ipsisque sepulchris, basilicæ egregiæ adjiciuntur. Sunt vero omnes in Judæa structuræ ex lapidibus, atque in vicinia unius e dictis basilicis, conspicitur vestigium quoddam, plantam hominis nivi impressam referens, id vestigium Angelus insistens, post se reliquit, cum Josua defuncto, universam Judæam concuteret; (*atq; ex eo motu monti quoq; nomen.*) Retulit insuper nobis R. Petachias, totã Judæam triduano itinere posse absolvi,

 Inde

והלך משם לקבר יונה בן אמתי והיכל
יפה בנוי עליו ויש אצלו פרדס וכל
מיני פירו' שם · ושומר הפרדס הוא גוי
וכשבאו גוים שמה אינו נותן לו מאומה
מן הפירות · וכשהיהודי' באים לשם מקבל
אותם בסבר פנים יפות ואומר להם יונה
בן אמתי יהודי היה לכך ראוי לכם
משלו ומאכילין את היהודים · ובא לקבר
רחל לאפרת מהלך חצי יום מירושלים
ועל קברה י"א אבנים כמנין י"א שבטין
לפי שעדיין לא נולד בנימין אלא בצאת
נפשה והם שיש ואבן של יעקב שיש א'
והוא על כולם וגדולה הוא מאד משא
הרבה בני אדם ומשם מיל א' ויש בו שם
כומרים ולקחו את האבן הגדולה מעל
הקבר וקבעו אותו בבנין ע"ז ולמחר
ראו אותו על הקבר כאשר בתחילה כן
עשו כמה פעמים ונמנעו מלקחתו עוד
וחקוק על האבן יעקב וראה האבן שעל
הבאר אצל חרן מ' בני אדם אין מזיזין
אותו ממקומו והבאר עמוק כ"ש אמות
ואין מים מצוים שם · והלך לירושלים
ואין שם אלא ר' אברהם הצבע
והוא נותן מס הרבה למלך שמניחו שם

Inde perrexit ad ſepulchrum Jonæ filii Amitthai, cui ſimiliter fabrica elegans impoſita: pone eam hortus eſt, omnis generis fructibus refertus. Ejus horti cuſtodem agit homo non Judæus, is vero ſui ſimilibus infidelibus cum illuc deferuntur, nihil quicquam ex fructibus concedit, cum autem Judæi adventant, excipit illos vultu humaniſſimo, aitque, veſtrâs Judæus, fuit Jonas Amitthai filius, ideo quæ ipſius ſunt, ad vos pertinent, unde fructus illis comedendos præbet. Adiit porro ſepulchrum Rachelis in Ephrata, quæ, dimidii diei itinere Hieroſolymis diſtat, illi monumento undecim lapides impoſiti ſunt, ſecundũ numerũ undecim Tribuũ, nondum enim tum natus erat Benjamin, qui, non niſi cum illa animam exhalaret, lucem aſpexit. Sunt lapides illi marmora, atque Jacobi lapis, & ipſe marmor eſt, reliquis incubans, tantæ magnitudinis, ut multi viri hoc onerari queant. Inde milliaris unius intervallo, degunt Monachi, qui, ablatum hunc lapidem a ſepulchro, delubro ſuo infixerant, ſed poſtridie viderunt eum ſuper monumento, prout pridem ibi jacuerat, idem ſæpius tentarunt, atque tandem prohibiti ſunt illum porro auferre. Lapidi illi inciſum eſt nomen Jacobi. Idem, vidit lapidem, qui in Harane puteum texerat, hunc ne quidem quadraginta viri loco movere poſſent, ipſe autem puteus, ulnas trecentas profundus eſt, ſed aquæ expers. Mox petiit Hieroſolymas, ubi ſolus fere degit R. Abraham Tinctor, qui, ingens tributum pendit Regi, ut ibi commorandi facultatem habeat. Oſtenderunt vero huic noſtro, montem oliveti, atque obſervavit ſolum quod calcabatur, eſſe ſtratum lapidibus, in trium ulnarum craſſitiem, atq; late ſe porrigere. Eſt hic templum perpulchrũ, quod Iſmaëlitæ condiderunt, cũ Hieroſolymis rerum potirentur. Cæterum, adierunt Regẽ Iſmaëlitarum ſycophantæ quidã, doloſe nunciantes, eſſe inter ipſos ſenem quendam cui

per

והראו לו הר הזתים וראה שהשכינה
ריצפה גבוה ג' אמות והיא רחבה והיכל
נאה שם שבנו הישמעאלים בימי קדם
כשהיתה ירושלים בידי הישמעאלין ובאו
פריצים והלשינו למלך הישמעאלים ואמרו
זקן א' יש בינינו שיודע מקום היכל
ועזרה ודחק אותו המלך עד שהראה לו
והמלך היה אוהב יהודים ואמר אני רוצה
לבנות היכל שם ולא יתפלל שם אלא
יהודי' ובנה ההיכל מאבני שיש בניין נאה
מן אבני שיש אדומים וירוקים וכל מיני
מראה ובאו גוים ושמו בו צלמים והיו
נופלים וקבעו הצלם בעובי הכותל אבל
בבית קדשי הקדשים לא היה יכול
לעמוד והשפיטול שהעניים שם מצד א'
והארץ מבוקעת ונקרא גיא בן הינם ושם
בית קבורת שלהם וכל א' כמהלך ג' ימים
וראה ים המלח סדום ועמורה ואין בו
עשב ונציב מלח אמר שלא ראה ואינו
בעולם וגם האבנים שהעמיד יהושע לא
ראה והלך לחברון וראה על המערה
היכל גדול שבנה אברהם אבינו ויש בו
אבנים גדולו' כ"ז או כח אמות לארכם
פינה לכל כמו ע' אמות ונתן למי ש

perspectus sit locus, ubi quondam Templi adyta cum atriis fuerint, atque hunc tamdiu ursit Rex, donec rem aperuit. Rex vero amore prosequebatur Judæos, atque ajebat, exstruam ibi templum, neque ullis, præter Judæos, in orare fas erit. Nec mora, templum ex marmore construxit, cujus fabrica erat eximia, e marmore rubro ac viridi, varioque ornatu. Postea supervenientes Infideles, simulacra intulerunt, quæ, cum cecidissent, ea crassitudini parietum immiserunt. At, in locum, ubi quondam adyta fuerant, impossibile erat imaginem statuere. Ex uno latere Xenodochium habetur, alendis pauperibus. Est hic terra fissa, atque (*vallecula inde nata*,) dicitur, Vallis filiorum Hinnom, ubi τῶν ἔξω cœmeterium. Terra Israëlis tota, (*ceu ante dictum*,) intra triduum potest peragrari. Lustravit (*amplius R. Petachias*) Mare salsum, & loca ubi quondam Sodoma ac Gomorra steterant, quæ carent penitus herbis. Statuam Salis, (*in quam Lothi uxor conversa fuit*,) nec se vidisse dixit, nec in orbe etiamnum superesse. Pariter, nec vidit lapides quos Josua excitavit. Inde contulit se Hebronem, ac intuitus est fabricam, quam Abraham pater noster Speluncæ (*duplici*) superstruxit. Continet ea lapides, septé, & octo ulnas longos, sed, qui, cuique angulo insiti sunt, ad ulnas septuaginta extenduntur. Cumque claves speluncæ tenenti porrexisset aureum, ut se in monumentum Patriarcharum introduceret, reseravit illud, atque ecce super ostio, imago erat, cujus vultus tribus stellis radiabat. Monuerant autem Judæi, qui urbem Acco incolunt, (*R. Petachiam nostrum*,) caveret sibi, nam, tria cadavera in speluncæ principium fuisse illata, quæ, Patriarcharum esse prædicentur, verum rem neutiquam ita se habere. Proinde venditante speluncæ custode, falsa cadavera pro veris, ali-

um

שהמפתח בידו של המערה זהוב להביא
אותו לקברי אבות ופתח לו והנה על ש
הפתח צלם וג' כוכבין בפנים ואמרו ש
היהודים שבעכו הזהר כי שמו ג' פ
פגרים בתחילה במערה ואמרו הם ש
האבות ואינם ושומר המערה אמר לו הם
והוסיף לו עוד זהב להכנים אג
למערה ופתח לו ואמר מעולם לא ש
הנחתי לשום גוי לכנס בזה השער והביא
נרות והכניסו בפנים וירד במעלות וק
ולקודם זאת המערה מבחוץ ירדו במו'
מעלות ובא לתוך מערה רחבה מאוד
ובאמצע המערה פתח בקרקע ושל
והקרקע כולה סלע וכל המערות הם
בחלל הסלע ועל אותו פתח שבאמצע
חתיכות ברזל עבים ביותר ואין אדם
יכול לעשות כזה אם לא בידי שמים ו
ורוח סערה יוצא מן הנקבים ש
שבין ברזל לברזל ולא היה יכול לבוא
בנירות שמה והבין שם שהאבות והתפלל
שם וכשהיה שוחה על פי המערה היה
רוח סערה יוצא ומשליכו לאחוריו · ש
ובירושלים יש שער ושמו שערי רחמים ו
ואותו שער ממולא אבנים וסיד ואין שום

um ei ſuperaddidit aureum , ut in veram ſpeluncam ſe intromitteret; qui, exorſus ſermonem, ait, nunquam cuiquam τῶν ἔξω per iſtam portam intrandi poteſtatem feci. Poſtea acceptis candelis, in interiora Petachiam deducit : deſcenderunt per gradus, atque antequam ad hanc ſpeluncam delati fuiſſent, ſimiliter deſcenderant, per gradus quindecim. Venit igitur in ſpeluncam ampliſſimam, circa cujus medium, in ſolo oſtium erat, at ſolum ipſum ſolida rupes fuit, prout ſunt omnia monumenta rupibus inciſa. Enim vero, oſtio, quod in medio ſolo deprehendebatur, injectæ erant crates ferreæ denſiſſimæ, neque ulli mortales ſimiles valent efficere, ſunt enim Dei ipſius opus. Cæterum, prodibat ventus procelloſus e foraminibus, quæ, palangis ferreis cratium interjiciuntur, ita, ut cum candelis illuc accedere non poſſet. Cognovit igitur, ibidem Patriarchas ſepultos eſſe, quare preces fundere cœpit, cumque verſus os tumbæ ſe incurvaſſet, inde erumpens turbo, illum retro repulit. Hieroſolymis Porta eſt, quam Schaare Rachamim, ſive Miſericordiæ Portam nuncupant, lapidibus & calce penitus oppleta, ad quam, nulli Judæorum, nedum cuiquam τῶν ἔξω accedere conceditur. Volebant aliquando οἱ ἔξω removere iſta rudera, & aperire Portam; ibi, contremuit univerſa Judæa, & in urbe commotio magna exorta eſt, quoad ceſſarunt. Tenent Judæi, avita traditione, in illa Porta Numen præſentiam ſuam exhibuiſſe, atque iſthic olim reverſurum, reſpicit autem Porta hæc, ex adverſo Montem Oliveti. Sed, Mons Oliveti depreſſior eſt, ita ut ibi ſtantes, hanc conſpiciant. (Vnde Zacharias XIV. 4. & Eſaias LII, 8. vaticinantur,) *Stantes pedibus die illo ſuper montem Olivarum, oculis ſuis viſuros coram, cum reducet Dominus Zionem.* Per illam enim portam (*ſalus ac redem-*

יהודי ולא גוי רשאין לבא שמה ופעם
א' רצו הגוים להסיר ולפתוח השער וז
ונתרעשה אר' והיתה מהומה בעיר עד
שהדלו וגם מסורת בידי היהודים שדרך
אותה השער גלתה השכינה ובו עתיד
לשוב והוא מכוון נגד הר הזתים והר ש
הזתים נתוך ממנו והעומד בהר הזתים
רואהו ועמדו רגליו ביום ההוא על הר
הזתים עין בעין יראו בשוב ה' את ציון
דרך אותו שער ומתפללין שם · ומגדל
דוד קיים ובדמשק יש בה"כ א שבנה אלישע
וא' שבנה ר' אליעזר בן עזרי' והיא ג
גדולה ובה מתפללין · באלוני ממרא ר'
רחוק משם יושב זקן אחד וכשבא ר' פ
פתחי' לשם נטה הזקן למות וצוה לבנו
להראות לר' פתחי' העץ שנשענו בו שמ
המלאכים והראה לו זית א' יפה ונחלק
לג' חלקים ואבן שיש באמצע וקבלה ב
בידם שכשישבו המלאכי' נחלק העץ לג'
חלקים שכ"א ישב על ענף אחד ופירות ש
העץ מתוקים מאד ואצל העץ בארה של
שרה ומימי' מתוקים וצלולין ואצל הבאר
אהל שרה ואצל ממרא משיר ומצדו האחרת
כמאה אמות מבארה של שרה עד בארה
של אברהם אבינו ומימיו יפים מאד וגם
והראו לו אבן כח' אמות שנימול עליו א
אברהם אבינו ואמר הזקן הנה הוא ש
הולך לעולמו ואינו משקר והגיד בשבועה
שפעם אחת ביום כפור ראה מלאך של
אש וסוסו אש אצל בארה של שרה שחיה

redemtio, Judæis affulgebunt:) eamq; ob rem (*Judæi*) preces ibi peragere consueverunt. Turris Davidica adhuc superest. In Damasco Synagoga extat, quā condidit Elisæus, itemq; alia magna, cujus fundator R. Eliesér Asariæ filius, in qua precantur. In Planitie Mamre, qui locus, procul inde distat, habitabat senex quidam, ad quem cum delatus esset R. Petachias, deprehendit illum fato proximum. Is vero senex, præcepit filio, ostenderet R. Petachiæ arborem, cui innixi fuerant Angeli. Ostendit igitur ei Olivā pulchram, in tres partes fissam, quarum in medio marmor jacet. Est penes ipsos traditio, cum Angeli ibi sessitare vellent, trifariam scissam fuisse arborem, ut quisque suæ insideret arbusculæ; fructus autem arboris istius, sunt dulcissimi. Arbori, Saræ fons adjacet, aquis suavissimis & limpidissimis abundans. Fonti, contiguum est tabernaculum Saræ. Juxta Mamre offert se campus apertus. Ab alio latere, centum cubitis a fonte Saræ, conspicitur fons Abrahami Patris nostri, cujus aquæ sunt purissimæ. Præterea, ostenderunt illi lapidem, magnum ulnas octo, super quo circumcisus fuit Abraham Pater noster. Atenim, ille Senex, cum se, quippe morti suæ vicinum, nequaquam mentiri testaretur, juramento confirmabat, vidisse se aliquando in solemni Expiationis die, consistentem ad Saræ puteum, orantemque Angelum, totum igneum, & cujus equus pariter erat igneus. In Græcia, (*Judæi*) gravem patiuntur captivitatem, & miseram serviunt servitutem. Hos inter reperiuntur juvenes, periti artis arcanæ, qua cum

Divi-

מתפלל שם · ובארץ יון יש גלות' להם גדול
ומשועבדים בגופם ויש בחורים בקיאים
בשמות ומשביעים השדים שמשרתים להם
כעבדי' ויש מהם קהילות רבים שארץ
ישראל אינה יכולה לשאת אותה אם היו
עליה · ובכפר עושא יונה בן אמתי קבור
ובבוצר השל בבל עזרא הסופר ור' חנינא
שכתוב בתלמוד בבגדת היא בגדת העיר
הגדולה שכתוב לעיל · ובבבל אין אבן
אלא הכל של אבנים :

Divinis Nominibus mysteria fiunt, ii exorcissant dæmones, ut sibi servorum instar ministrent. Bene multos cœtus istorum Judæorum, non sufferret Judaica regio, si ibi commorarentur, (*non enim tam bonis moribus præditi sunt, quales terræ sanctitas exigit.*) In pago Vsa, conditus est Jonas filius Amittai. In Bozra Babyloniæ urbe Esra Archigrammateus, & R. Chanina, cujus in Talmude mentio fit, in Bagdad. Atq; Bagdad est illa urbs magna, cuj is supra meminimus. In Babyonia nulla lapidum copia, sed tantum lignorum.

תמו דברי ר' פתחיה אחיו של
הרב ר' יצחק הלבן בעל
התוספות ושל הרב ר'
נחמן מרע גנשפורג:

Finiuntur verba R. Petachiæ, fratris R. Isaaci, qui, Albi Cognomen habet, & Tosephot elucubratus est, itemque fratris R. Nachmanis, Ratisbonensium.



Vt in Petachiæ hoc Itinerarium, multa, ex Benjamine, aliisq; Geographorum, qua veterum, qua recentium libris, quod poteram, commentarer, minime operæ pretium visum est. At, quia MS. nostrum Exemplar, alicubi depravatum esse, res ipsa testimonium perhibet, ut conjecturas, quomodo iis vitiis mederi liceat, in medium afferam, necessitas mihi imponitur.

Pag. 169. lin. 10. ומיללת מספינות Legendum מספידות ומילולות atq; sic postea lin. 15. pro מתלכחת ומיללת similiter legendum מתלכחות ומילולות:

Pag. 171. lin. 1. וכרציה Omnino rescribendum וכרזיה prout præcesserat.

Pag. 172. lin. 27. כגמר Satius fuerit legere כבגמר aut כעל הגמר

Pag. 173. lin. 28. גדולה מאד Hæc verba, malim expungere.

Ibid. lin. 29. והולכים Aut fallor vehementer, aut legendũ נשיהם הולכות atque sic expressi quoque in versione. Nam, de Virorum habitu, postea sequitur.

Pag. 174. lin. 22. מידעו Post hoc verbum ללמוד בפניו aut, quid simile, excidisse opinor.

Pag. 178. lin. 9. תחת הר סיני Suspecta mihi hæc lectio, & pro סיני aliud nomen substituere jubent, quæ sequuntur. Id, quale sit, alii dispiciant.

Pag. 179. lin. 10. והעיר קרובה Magnus est abusus vocis עיר in hoc libello, & difficultatem habet interdum ejus interpretatio, ceu in præsentia quoque accidit. Vrbem certe, aut Civitatem, ubique significare non potest. Supra p. 172. lin. 26. בניין עיר nuncupabatur, illa machina lignea, militibus aliquot referta, quam Elephantes gestant. Quamobrem, nostro Autori, עיר etiam turriculam tantillam designat.

Ib. lin. 25. והיתה Analogia Grammatices postulat והיה

Pag. 180. lin. 9. ליחזקאל הצדיק Fit verisimile, post ista abesse מתא הוא ברח לקברו aut aliud quid ejusmodi.

Pag. 181. lin. 4. אתן לך In MS. erat אתן לו quia autem indubie hæc lectio corrupta est, priorem, etiam in textum admisimus.

Ibid. lin. 15. מתפארים Si quis מתיראים legere malit, non me id faciet repugnante, atque, sequitur quoque hæc phrasis pag. 184. lin. 8.

Pag. 183. lin. 4. ועזרא הסופר Vt sensus sibi plane constet, supplendum deinde, עמסם aut , גם קבור פס

Ibid. lin. 24. חמר אבן Præferendum חמס־אבן non enim intra solum desiderium se continuit Eparchus.

Pag. 185. lin. 5. מקיברים Vtique liquet, vitiose sic scriptum esse, pro מקבורים

Ibid. lin. 13. בא לו בחלום. Post ista, excidisse ויאמר לו fit admodum verisimile.

Pag. 186. lin. 3. ויתומות Sequentem hiulcam orationem, ex simili, quod pag. 182. præcesserat, dicto, sic integritati reddendam esse existimo: ומפרנסין התלמידים ומתקנין בתי כנסיות על עניים |

Ibid. lin. 8. והראה Perperam id scriptum, pro והראו idemque error, iterum commissus est pag. seq. lin. 3. iterumque lin. 9.

Ibid. lin. 16. ולקח Emendo ולקחו

Pag. 187. lin. penult. מבבל Fortasse aptius legeretur מבגדת &, fidem facient conjecturæ, ea quæ præcedunt.

Pag. 188. lin. 15. בעלתיה Infra, pag seq. lin. 27. rectius scribitur בעליתיה est enim, ex Dan. VI. 11. vox desumta.

Pag. 188. lin. 24. באיתנו כיגוני' His verbis subjiciendum esse opinor ואל עמור

Pag. 190. lin. 9. וחיקיתיהם ואם לאו וכו' Nisi quid me decipit, trajecta sunt verba, & hac ratione in ordinem redigenda: וחיקותיהם ויתפסו בתורת משה בן עמרם ואם לאו יחריבו את ארצם:

Pag. 191. lin. 27. לעיר מקמם מקבר Duplex vitium, sic corrigendum: לעיר מקום לקבר Mox lin. seq. pro בוכה lego מבם nam, ad locum Es. XIV. 20. fit allusio.

Pag.

Pag. 192. lin. 30. ואלהים כחרי' Deinde, sive vocem בין sive aliud quid, omissum arbitror.

Pag. 193. lin. 13. וסילונית גבוהים Hæc lectio tolerari non potest, &, ex גבוהים סילונים aut גבוהות סילונית eligat quis, quod magis placet.

Pag. 194. lin. 1. ממערבם Emendo במערם

Ibid lin. 10. נבוכין Vox depravata, pro qua reponendum מעוקין aut בכיפין

Ibid. lin. 22. אפילו post se exigit vocem כיפה

Pag. 195. lin 4. מלאכים Pro plurativo, exprimendus singularis numerus מלאך

Ibid. lin. 27. ונזוהי Magis quadrat זו הוא

Pag. 196. lin 14. ויסבו scriptum vitiose, Igitur, aut עסבו aut ויסבו aut, simpliciter ויס legendum.

Pag. 198. lin. 9. לככם perperam expressum pro לאככם

Pag. 199. lin. 23. ממור rectius dicitur מימור

Pag. 122. lin. 10. אבנים Citra manifestam contradictionem, admittere hoc vocabulum non licet. Substituo eapropter עבים

Offerebant sese, præter hæc, nonnulla minora, quorum aliqua correximus, indicium emendationis facere, supervacuum ducentes: aliqua, quia sensui non officiunt, nec Lectorem morantur, reliquimus intacta.





EXERCITATIO QVINTA.

Ostendens Albertum Fridlandiæ Ducem, fuisse omnino quondam Academiæ Altdorfinæ Civem.

CVm identidem ab iis, qui in Academia hac Altdorfina vivunt, aut in ea moram aliquam egere, alibi degentes quærere soleant, verusne sit rumor, qui passim circumfertur, Magnum illum WALLENSTEINIVM, Megapolis & Fridlandiæ Ducem, illud verum utriusque fortunæ ostentum & prodigium; illum, Germaniæ totius, ceu vulgato, veroque ab omnibus nomine vocabatur, Dictatorem; illum, cujus (Hieremiæ Drexelii in Palæstra Christiana par. 2. c. 3. §. 2. &, quod nisi iste prior hoc dixisset, pene referre trepidaremus, testimonio,) quoties cum Imperatore Ferdinando II. cœnabat, æque ac Parentis manibus, *Cæsaris Filii aquam cogebantur infundere*; illum, inquam, talem tantumque postea Virum, tam duro & contemto vitæ initio usum esse, ut, cum adolescens literis hic operam daret, eum teter locus, quique inter Carceres Academicos postremus est, & vulgo, *Antrum Caninum*, das Hundsloch dicitur, habuerit aliquandiu incolam? Hanc ob causam, juvat publice tandem docere, quid sit in

hac

hac narratione veri. Merebimur sic gratiam, apud eos quoque vel maxime, qui historiam Seculi, (in qua utique res ista, si ita se habeat, non negligenda fuerit,) accurate meditantur. Et vero, non continuit se fama hujus rei intra Germaniam, sed ad Exteros quoque pervasit, atque adeo, ab iis in literas relata est. Scripsit enim Georgius Fournier, Societatis Jesu Presbyter, Gallus gente, in Geographica Orbis Notitia l. 4. c. 26. *Altdorff g. 49. m. 25. Oppidum cum Academia, in qua carcer Scholasticis deputatus, dictus Hunds Cammer, i. e. Cubiculum Canis, Walestino olim notus.* Eo autem magis operæ pretium est, in fidem traditionis inquirere, quia non defuere apud nos Viri Insignes, qui, quicquid illius habetur, pro anili fabula exploserunt, negantes, Wallensteinium unquam in Academiam hanc pedem intulisse. Vt autem veritas se nobis ostendat, illud ante omnia tenendum est, Familiã, qua Fridlandiæ Dux editus fuit, minus recte WALLENSTEINIAM appellari, ac proinde nec ipsum debuisse *Wallensteinium* audire. Scilicet, a WALDSTEINIA gente natales trahebat Fridlandiæ Dux, quæ, prout a celebri & rerũ Bohemicarum ante omnes gnaro Balbino, edoctus Autor Notitiæ Procerum Imperii l. 7. cap. 20. alios monet, propago olim seculis prioribus, erat veteris prosapiæ Wartembergicæ. Namque *fuit*, quæ ipsius verba sunt, *inter Wartembergicos Zdencko quidam, Primus dictus, qui, condita in sylvis ad civitatem Turnoviam Arce, quam ex re* Waldstein *nominavit, ad differentiam fratrum suorum DNN. de Wartemberg, Dominus de Waldstein appellari cœpit, idq; cognomentum una cum hæreditate in filios, quos quatuor, An. 1236. d. 26. Jan. moriens, reliquit, transtulit.* Quamobrem, in iis, quæ deinde de Fridlandiæ Ducis originali gente, idem disserit, haud tanti duxit, nomen illud depravatum Wallensteinius, cujus vel solá mentionem injiceret, sed, tum antiquos, qui Fridlandiæ Ducem præcesserunt, tum illum ipsum, & alios, qui hunc sequuti sunt, cum iis pariter, in magna hominum veneratione constitutis Optimatibus, qui etiamnum superstites vitam agunt, & aut legatione Cæsaris, aut aliis summis officiis funguntur, haud aliter quá genuino nomine Waldsteinios nuncupat. Quippe, Wallenstein & Waln-

ſtein, pro Waldſtein, ſine dubio, tantum in ore vulgi tum invaluit, cum Fridlandiæ Dux, comune terriculamentum eſſet, ac ejus nomen, etiam recens nati infantes, trepidis labris balbutirent: erat autem his, magis pronum *Walnſtein* efferre, quam Waldſtein. Plebem incaute imitati ſunt alii, ut jam Fridlandiæ Dux, nullo gentili nomine alio, quam Wallenſteinii exiſteret noſcibilis, eodemq; libris & memoriæ hominum fuerit conſecratus. Venerabilis interim Spenerus l. 2. Operis Haraldici cap. 108. plurimum, Wallenſteiniorum & Waldſteiniorum appellationem conjungit, &, ſic orditur de illis commentationem: *Wallenſteiniam ſeu Waldſteiniam apud Bohemos Illuſtrisſimam gentem, Celebr. Gabr. Bucelinus Germ. T. 3. p. 251. deducit a Johanne DN. de Waldſtein ſeu Wallenſtein.* Imo, nec ægre ferunt, Illuſtriſſimi Excellentiſſimiq; Waldſteinii Comites, ſi quis eos Wallenſteinios appellet, quin, nec piget illos ipſos id nominis adhibere. Nam, in ſubſcriptionibus Receſſus Imperii Anni 1654. legimus: **Maximilian Graff von Wallenſtein/ Herr auf Doprewitz/ Stahl/ Schwigen/ Closter-Grätz/ Duchs/ Ober-Leuternsdorff/ Lautschin und Neuen-Waldstein/ Unser geheimer Rath und Oberster Cammerer.** Quibus ita poſitis, jam, nullo negotio, ultro pateſcit, quare aliqui ex noſtris, præfracte & pervicaciter negaverint, Fridlandiæ Ducem, unquam in hac Academia degiſſe; nimirum, quia nomen *Wallenſtein* in Matricula non reperiebant. Sed, certum eſt, fuiſſe illum Academiæ noſtræ civem, quin & inſeruiſſe nomen ſuum Matriculæ, primævum ſcilicet, verumque, & quo tum unice cenſebatur, idque Anno Superioris Seculi ultimo, Rectore Nicolao Taurello, Medicinæ Doctore & Profeſſore, die XXIX. Septembris ſic conſignavit: ALBERTVS A WALDSTEIN, BARO BOH. Leve fuerit, nec reſponſione ſatis dignum, ſi quis objectet, ſolum *Alberti* nomen hic exprimi, cum tamen Fridlandiæ Dux, non *Albertus* tantum, ſed & inſuper, *Wenceslaus Euſebius*, vocatus ſit. Nam, id tralatitium eſt, ut ii, qui multis gaudent nominibus, ſolum primum exprimant, nec aliud unquam Fridlandius, quam *Alberti* nomen, in ſubſcriptionibus adhibuit. Vnde ſic eſt in Numis quoque ejus: ALBERTVS DEI GRATIA,

DVX MEGAPOLIS FRIDLANDIÆ ET SAGANI PRINCEPS VANDALIÆ. Quamobrem, ſolo quoque *Alberti* nomine, Faſtorum & Annalium monumentis illum inſertum eſſe, manifeſtum evadet Scriptores rerum hujus Seculi conſulentibus, e quibus nullius, præter Abrahami Saurii, ex Theatro Vrbium, verba, quia id præcipue merentur, adducimus: Käyſer Ferdinand der Erſte hat den Præſidenten in Schleſien / Herrn Friedrich von Redern / Anno 1558. Friedland verkaufft. Deſſen Nachkommen es unter der Regierung Käyſers Ferdinandi II. entzogen / und ſolches dem Käyſerlichen General Feld-Hauptmann / **Herrn Albrechten von Wallen- oder Waldenſtein** gegeben / und er von höchſtgedachten Käyſer zum Herzogen allhier / wie auch hernach zu Sagan und Groß-Glogau / gemacht worden. Proinde, nemo porro vocare debet in dubium, Fridlandiæ Ducem in hac Academia ſubſtitiſſe, nihil enim verius: atque, ceu ætate apud nos provectiores, a ſuis Parentibus accepere, habitavit in anteriore parte ædium, quas antehac Ludwellianas vocabamus, quæque, ſolo, ob vetuſtatem, æquatæ, meliores, quod bene vortat, nunc conſurgunt. Sed, illud falſum, vanum, ineptum, confictumq; eſt, pœna ſqualidi, &, cui lumen ademtũ, tenebricoſi carceris, quod Antrum Caninum, das Hundsloch dicitur, in Waldſteinium fuiſſe animadverſum. Bis omnino, coram Senatu Academico reus comparuit Baro Waldſteinius. Semel. Anno MDC. die Januarii 9. quia Gothardum Livonem, gladio in pede vulneraverat; ac neceſſe eſt, non magnum ejus fuerit peccatum, nihil enim facere juſſus eſt aliud, quam, ut Chirurgo ſatisfaceret. Quippe, ſic legitur in Annalibus Academiæ, quos Notarii, rerum ſemper majorem curam habentes, quam verborum, conficiunt: Den 9. dieß (puta menſis Januarii Anno 1600.) erſchienen Baro a Waldſtein, und Gothardus Livo, welcher von dem Barone in Fuß geſtochen worden. Darauff ſie vereiniget worden / und hat Baro dem vulnerato die Schäden ausrichten müſſen. At, mox iterum d. 14. Januarii, dicã grandem Waldſteinio impegit famulus, *Johannes Rebeberger*, in quem, nullam ob cauſam, & tantum, ceu rurſus priorum traditione ad nos perlatum eſt, quia otioſus per feneſtram in forum proſpectaverat, inhumaniter ita ſævit, ut flagris tuber eſſet totum

cor-

corpus,,& animam agere videretur. Atque, hoc est illud delictum, quod pœna horridi carceris luisse Waldsteinium fama perhibet. Enim vero, ære tantum mulctatus recessit, nec carcerem ullum subivit, Fisco, floreno striginta pendere coactus, cum famuli vero necessariis tutoribusque pepigit, ut florenos quadraginta quinque, pro centũ, quos solvi sibi postulabãt, admitterent. Excerpimus rursus ea, quæ de hac causa relata sunt in Annales. Den 14. diß (ejusdem mensis Januarii) wurde Baro a Waldstein, qui famulum suum Joh. Reheberger loris mirum in modum tractasset, verklaget. Und weil er ihnso unmenschlich gezeichnet / der Knab nach Nürnberg ad DD. Scholarchas geschicket. Hierauff den 19. dieß der Herren Scholarchen Befehl erfolget / daß Baro deßwegen der Acad. 30. Gulden straff geben/ und sich mit des Knaben Freundschafft vergleichen soll. Baro beschweret sich dessen/fürwendend der Knabe wäre unfleissig gewesen / erbiet sich das Artzlohn auszurichten / und den Knaben zu einen ehrlichen Handwerck zu verlegen/ und die zuerkandte Straff zu bezahlen. Hanß Baurns Metzgers Weib/begehrt an statt des Knabens 100. Gulden vor die Schmertzen / den Balbierer und der Acad. Straff hindan gesetzt. Endlich hat sich Dn. Baro mit seines Famuli Beyständen/als Hanns Vestner Schneider/ und Hanß Bauer Metzgern verglichen / und vor alles hinweg 45. Gulden zu geben versprochen / darvon soll sich der Knab verkosten / und den Balbierer vergnügen. Mehr 3. Thaler vor seinen Lohn/dann/ein Kleid dafür er geben 4. Gulden. Welchen Vertrag sie beiderseits angenommen/ und damit zu frieden gewesen/auch allbereit 5. Gülden daran empfangen. Den 3. Februarii ist der übertrest auf die 5. Gulden bey den Herrn Rectore deponiret worden / mehr vor das Kleid 4. Gülden / dann 3. Thaler Liedlohn / welche des Hannßen Bauren Weib/auf ihr häulen und weinen sind zugestellet worden. Den 9. Februari hat Herr Rector auf des Herrn Pflegers Bewilligung/des Jüngen Schwester 4. Gülden geben. Den 17. Martii hernacher/ist auf Befehl des Herrn Pflegers/der Uberrest/ Christoff Ambergern Bürgern und Becken / als des Knabens verordneten Vormunden zugestellet worden / deßwegen er die *Acad. quittiret.* Ad hunc modum, ista gesta, & transacta sunt , nec ulla amplius Waldsteinii in Annalibus nostris occurrit mentio , ut verisimile sit, eum, post id factum, non diu in hoc loco permansisse. Dedisset enim cæteroqui, dubio procul, animi austeri, & naturæ immanitatis, quam, frequenter deinde in rebus gravibus exercuit, rudimenta plura. Fuit ergo, aliquando civis noster Fridlandiæ Dux, fuit

& alius

& alius (nam hoc quoque paucis adjiciendum ex occasione) magnæ & numerosæ multitudinis Antesignanus, Fridlandiæ Ducis æqualis temporum, quanquam ætate dispar, & popularis, origine quidem, fortunæque blandimentis longe inferior, non tamen animo. Is nimirum, qui post *Stephanum Fadingerum*, pileorum opificem, & *Achatium Willingerum* Sutorem, seditiosorum per Austriam superiorem Rusticorum agminibus, Anno MDCXXVI. præfuit, vir manu strenuus, audax, nec consilii expers. Cujus nomen, omnibus in quos nos incidimus, Scriptoribus illorum motuum, ignoratum, (haud enim aliter quam generali *Studiosi* appellatione ejus meminere) ut rursus Historicis bene consulamus, obiter vindicandum ab oblivione. Sic vero iste Anno MDCXX. d. 4. Maji in Matriculam nomen descripsit, DANIEL KUNDMANNUS REGIO-MONTANUS PROPE ÆGRAM BOH. cuiq;, in Oeconomia Academica, mensæ secundæ, ceu vocatur, obtigit beneficium. Fortasse stimulavit hunc, exemplum popularis Waldsteinii, ut & ipse eminere vellet, majorque ei propemodũ, quam Waldsteinio, ab Historicis tribuitur imperterritæ mentis animositas. Etenim, de Waldsteinio, Baptista Nanius, Venetæ Reip. Senator gravissimus, & inter nostri ævi Historicos, judicio, integritate, rerumq; abditarũ noticia agmen ducens, prodidit, quasi is, A. MDCXXXII. in Lucensi prælio, se non satis dignos spiritus gesserit: *Il Valstain fù minacciato più tosto, che ferito, da colpo di moschetto, che favorabilmente passò tra la fonda, e la coscia, se bene al colpo non senza nota di soverchio timore, egli lasciasse cadersi di mano le briglie, & il cavallo lo trasportasse.* At, de Kundmanno, legitur in Floro Germanico, libro, iis, qui Cæsaris hostes se profitebantur, parum cætera æquo: Da der Graff (Pappenheim) sihet/ daß er Gelegenheit zu streiten überkom̃en/ zeucht er dem ankom̃enden Feind freudig entgegen/ und wiewohl er das so vielmal geschlagene und verwundete Heer angegriffen/ so hat er dannoch dasselbige nit leichter/ als wann es ein völlig-neu- und frisches Heer gewesen wäre / überwunden. Allhier hat man des Studenten grosse Tapfferkeit gesehen / welcher weit von seinem Heer / in die Käyserischen gesetzt/ mannlich um sich gehauen / und etliche umgebracht. Probamus valde, quod additur post ista: Wäre ein fein Ding/ und an ihn zu loben gewesen/ wann er sich in einer gerechten Sache/ und vor seinen recht-

mässigen Landes-Fürsten also hätte gebrauchen lassen. Quale fatum denique manserit Kundmannum, nos quidem latet, nisi quod in narratione Flori Germanici, porro succedit. Es folgten die Bauren ihrem General / und wäre eine grosse Gefahr zu erwarten gewesen / wann nit derselbige ihr General / der Student, wegē seiner Verwegenheit recht wäre gestrafft worden. Sintemal er / samt seinem Leutenant Bernardo Ebber / dem Feinden lebendig in ihre Hände kommen. Hierauf liessen die Bauren den Muth alsobald etwas sincken / fiengen an zu weichen / und als sie bald hierauff alle Hoffnung verlohren / flohen sie offentlich davon. Accipimus de eodem Kundmanno, quod in Theatro Europæo Tom. 1. p. 1053. legitur: Da die Bauren sich versamlet / etliche Psalmen gesungē / eine Predigt von einem Studioso so unter ihnen gewesen / und sie tapffer zum streiten vermahnet / gehöret / sind sie / nachdem eine gute Weile mit ihnen scharmutziret worden / auf einmal / auf beydē Seiten ausgefallen / und die Käyserische mit solcher Furi angegriffen / daß die Reuter und Fußvock zertrennet / also / daß Obrister Löbel und andere / was für Resistenz und Fleiß sie auch angewendet / zu ruck weichen / und gar mit der Flucht sich salviren müssen. Ex his, quodammodo, magis autem ex testimonio illorum apud nos, qui hominem noverunt, liquet, nec irreligiosum Dei cultorem ipsum fuisse, nec sceleribus obnoxium. Ægre igitur ibi fidem invenit Autor Flori Germanici, ubi eorum, quæ ante allegavimus, oppositum quasi prodens, ait: Die Bauren als sie einen Studenten zum neuen General erwehlet / sind unter diesen viel ärger / als unter den Vorfahren gewesen. Dann er hat zu den zauberischen Wundsegen / noch ein Gebet / so er in der Schule gelernet / darzu gethan / und die unverständigen Bauren / mit Worten dermassen beherzt gemacht / daß sie nicht länger warten können / sondern aus dem Wall sich hervor begeben / und mit lauter Stimme den Pappenheim selbst zur Schlacht geruffen. Haud unquam reperti sunt apud nos malarum artium Professores, imo ne Studiosi quidem. Tum vero, si omnino talis erat Kundmannus, qualis his postremis verbis describitur, quid obsecro attinebat, prioribus optare, ut sub Cæsaris signis dimicasset miles, qui sciens volens Cacodæmonis auspicia suis incantamentis sequebatur? Absit interim a nobis longissime, ut Kundmanni Patronum agamus, aut defensorem.



EXERCITATIO SEXTA.

Enarrans elegantem Apologum, quo, docetur, servandam sedulo esse Jurisjurandi religionem.



CÆteris, quæ præmisimus, utilibus, nunc tandem postrema Exercitatione, immisceamus dulce quid, lepidam nempe, & omnes Milesios sermones, superantem fabellam, ac cujus, æque ac Æsopi Apologorum, duplex dos est:

— — Quod risum movet,
Et quod prudentis vitam consilio monet,
Sic corrigatur error ut mortalium.

Et vero, cum in hanc, Arabica lingua conscriptam, incidisset R. Abraham Maimonides, tantopere illius captus est dulcedine, ut sibi neutiquam temperaret, quo minus in Hebraicam linguam eam converteret, dictione, pol! facili & tersa. Fuit iste Abrahamus, ceu ex Juchasin constat, Magni illius, & Judæorum præconio, uno Mose Legislatore inferioris, Mosis Maimonidis filius, qui, paternis vestigiis insistens, & ipse valde per orbem inclaruit, ac discipulum habuit, virum inter suos summum, R. Josephum, cujus in Canticum Canticorum extat Commentarius Arabicus, certe olim exti-

tit, nec enim compertum mihi, num interitum, cui multa alia præclara Veterum monumenta obnoxia fuerunt, evaserit. Ergo, Apologum hunc, ab Africanis Judæis, Septæ, ad fretum Herculeum, forte fortuna MS. ego nactus, Maimonidis junioris semitâ viam facere, & amplius Latinitate commentum hoc donare, in animum induxi meum; certa spe fretus, non defuturos, quibus ista placebunt, quique, quod Plinius Secundus Maximo suo graviter inculcat, sibi dictum putabunt: *Sit apud te honor antiquitatis, sit ingentibus factis, sit Fabulis quoq.* Quanquam, uti nunc nonnullorum, de Angelis & Dæmonibus, sese in mundo proferunt opiniones, erunt fortasse ex Christianis, qui, hæc ita accidisse, serio sibi persuadebunt, totamque narrationem, una cum Judæis, inter veras historias potius, quam viles nænias, referent. Habebit ergo, quemadmodum libri pariter reliqui, hæc quoque Exercitatio, suum fatum, pro Genio nempe & captu Lectoris; quem, postquam nobis, cognoscendo antelucanas istas lucubratiunculas, paululum vacavit, res suas bene gerere vovemus; illumque dimittimus, ubi prius aures ei vulsimus, Phædri, quæ nostra facimus,

Induxi te ad legendum: sincerum mihi,
Candore noto, reddas judicium, peto.



מעשה

שהעתיק ר׳ אברהם מיימון ז״ל

בלשון הקדוש מלשון ערבי׃

HISTORIA

Quam,

Ex Arabica in ſacram Hebraicam linguam

convertit

R. Abraham Maimonides f. m.

מעשה היה באדם אחד סוחר שלא
היה לו אלא בן אחד ולמדו תורה ו
ומשנה ותלמוד שיתא סידרי ונתן לו א
אשה והוליד בנים בחייו וביום מותו
קבץ זקני עירו ואמר להם דעו שיש
לי נכסים רבים ויש לאשתי עלי כתובה
מאה סלעים כסף כמו שכתוב בשטר
כתובתה וכל המותר יהיה לבני אם יש
ישמור מצותי שאני מצוה אותו בפניכם
ואם שמא יעבור על מצותי הנני מ
מקדיש מעכשיו כל נכסי לשמים ולא
יהא מהם לבני כלום · מיד קרא לבנו
וצוהו בפני זקני עירו שלא ילך בים
לעולם כל ימי חייו ואמר לו בני הוי
יודע כי כל נכסי ומה שיש לי הרוחתי
במהלכים שעשיתי בים וכמה מאורעות
וכמה נסיונות עברו עלי בים בבקשה
ממך שלא תסכן עצמך כדי להרויח
נכסים בים כי אני מניח לך נכסים
לרוב שאם אפילו לעולם לא תרצה ל
להרויח יספיקו לך ולבניך כל ימי ח
חיותכם על האדמה והנני חפץ שתשבע
לי בספר התורה שלא תעבור רצוני ו
ומצותי בזה לעולם שנכסים רבים אני
מניח לך שתוכל להחיות בהם במקומך :

ERat aliquando homo Mercator, habens tantum filium unicum, hunc probe erudiri curabat in Sacris Literis, libris δευτερώσεων, & ſex Talmudis Ordinibus : dabat ei inſuper uxorem, e qua liberos ſuſcipiebat, patre ſuperſtite. Cum vero mortis fatalis dies patri immineret, convocat is primores urbis ſuæ, atque illis; Scitote, habere me opes ingentes, & Vxori quidem meæ, dotis loco ſolvere teneor argenti pondo centum, ceu in inſtrumento ejus dotali ſcriptum eſt, (*hæc, illi appendi velim*,) reliqua omnia filii ſunto, ſi modo ſervaverit mandatum meum, quod vobis præſentibus ei ſum præcepturus. Quod ſi vero illud violabit, ecce tunc omnes facultates ἀνάθημα ſunto, nec filio meo quicquam earum obtingat. Mox, accito ad ſe filio, coram primoribus urbis hoc ei edicit, ne unquam tota vita mari ſe committat, inquiens: Fili mi, noveris, me ſane omnes meas divitias, totamque rem familiarem, acquiſiviſſe maritimis, quæ feci, itineribus. At, quia multi atroces caſus, variaque diſcrimina me in mari navigantem manſerunt, hoc te vehementer obſecro, ne periculo, in mari quæſtum captandi, te exponas. Abunde enim divitiarum tibi relinquo, ut, ſi maxime nunquam animum ad lucrum ſectandum applices, ſuffecturæ eæ tibi ſint liberisque tuis, quamdiu in hoc orbe vitam agetis. Volo igitur, ut jusjurandum mihi des, ſub Legis Divinæ religione, te hanc meam voluntatem mandatumque, nullo unquam tempore violaturum, quippe, ſatis amplum patrimonium ad te transfero, ut, pro conditione tua, vitam tolerare queas. Quod ſi vero præceptum hoc transgredieris, ecce, præſentibus his viris honoratiſſimis, omnes facultates meas, in Δῶρον & κορβᾶν devoveo, ne quic-

ואם תעבור מצותי זו הנני מקדיש כל
נכסי לשמים בפני אלו הנכבדים שלא
תוכל ליהנות מהם : ונשבע לו הבן על
הדבר בפני הקהל וזקני העיר שלא
יפרוש בים לעולם · לימים ונפטר הזקן
הסוחר והלך לבית עולמו והבן עמד ב
בביתו ושמר מצות אביו :

ולסוף שנה ושנתיים באה ספינה אחת
לאותו נמל של אותה העיר והיתה ע
אותה ספינה טעונה כסף וזהב וש-
ומרגליות ושאלו אנשי אותה ספינה
ליבשה שאלו על אותו סוחר אם היה
בחיים ואמרו לו אנשי העיר כבר מת
ונשאר בנו במקומו עשיר גדול ותלמיד
חכם : אמרו אנשי הספינה בבקשה מכם
הביאהו לכאן או הראונו ביתו : הראו
להם ביתו ושאלו בשלומו ואמרו לו ע
אתה הוא בנו של פלוני הסוחר הגדול
שהיה רגיל לפרוש בים ושהיה הולך
בסחורה רבה לסוף העולם אמר להם
אני הוא בנו : אמרו לו א"כ אמור לנו
אביך שהיה לו בעבר הים ונכסים ו
ופקדונות כשנפטר מן העולם אמר להם
לא כתב בצואתו שיהיה לו כלום בעבר
הים רק השביעני אבי וצוני שלא לך
לפרוש בים לעולם : אמרו לו א"כ שלא

ne quicquam utilitatis ex iis ad te redundet. Quamobrem filius, coram magno civium numero, & urbis primoribus, in eam sententiam conceptis verbis jurat, nunquam se navigationem initurum. Aliquot interjectis diebus, moritur senex mercator, abitque ad plures, filius vero ædes illius occupat, tenaxque est præcepti paterni.

Post annum unum aut alterum, adventat navis quædam, in illius urbis portũ, argento, auro, & unionibus onerata, cumque vectores in terrã descendissent, quærunt num ὁ δεῖνα Mercator adhuc salvus sit? At, responsum accipiunt ab incolis, pridem ipsum mortuum esse, reliquisse vero filium successorem, virum ditissimum juxta eruditissimumque. Tum nautæ: Quæsumus vos, huc illum deducite, aut ostendite nobis ædes ejus. Facto ædium indicio, (*intrant has nautæ,*) & salvere jusso patrefamilias, inquiunt: Tune filius es τοῦ δεῖνα mercatoris opulenti, qui mare peragrabat, mercesque varias deportabat, ad ultimas usque orbis oras? Respondet homo: Ego is ipse sum. Ibi navicularii: Quæ cum ita sint, dicdum, an nullam moriturus pater mentionem fecit opum & facultatum, quas trans mare possideat? Ait alter: Non indicavit supremis verbis, quicquam se trans mare habere. Quin potius jusjurandum præstare me coëgit pater, & interminatus est, ne unquam mare ingrederer. Subjiciunt navicularii: Si hæc vera sunt, neque significavit tibi pater, quantam pecuniam fœnori dederit, quantumque rei teneat trans mare, non is mentis suæ compos fato functus est. Oportet enim scias, totam navem, quâ huc vecti sumus, & quæ argento, auro, atq;

unio-

הגיד אביך על מה שהפקיד או על מה שהניח
בעבר הים לא מת בדעתו · כי ידוע תדע
שכל הספינה שבאנו בה שהיא מלאה
כסף וזהב ומרגליות הכל משל אביך
היא שהפקיד לנו ואם היות שמת א
אביך לא נכפור אנחנו בפקדונו מלתת
אותו אליך אע״פ שלא צוה כך כי א
אנשים נאמנים אנחנו ויראת השם ע
עלינו ואין אנו חומדים ממונך כי יש
לנו כל תהלה לאל ועתה בא עם ע
עבדיך אלה וקח כל מה שיש בספינה
שהכל שלך · כששמע בן הסוחר כך ש
שמח מאד בלבו והלך עמהם והביא כל
אותו ממון לביתו והכניס אנשי הספינה
בביתו ועמדו עמו ימים במשתאות וב
ובשמחות ליום אחד אמרו לו אנשי ה
הספינה יודעים היינו באביך שהיה איש
חכם ונבון אמנם נראה לנו שלא היה
בדעתו כשמת ונאמר השביעך שלא ל
לפרש בים ובאמת תדע שאין ממש ל
לאותו שבועה כי היה לאביך נכסים
בעבר הים יותר עשרה פעמים שלא
הביאנו לך ואיך היה משביעך שתאבד-
כל אותם נכסים אלא שהיה מטורף
בדעתו רק אם תשמע אותנו קח רשות
מהמלך והחכמים ובא עמנו ונקנה מן
הסחורות המתבקשות בארצנו ותרויח
בהם ממון גדול ותביא עמך כל טו

unionibus referta, meris paternis bonis oneratam esse, quæ ipse apud nos deposuit. Etsi vero pater tuus diem supremum obiit, non tamen inficiabimur ejus depositum, ne illud in manus tibi tradamus, quanquam mandatum illius nullum ea de re extat; etenim viri boni sumus, Deumque veremur, nec tuas opes desideramus, nam, Deo gratia, rebus omnibus abundamus. Quapropter adi cum servis tuis navem, & cape quicquid ibi est mercium pretiosarum, tuæ enim sunt universæ. Hæc, cum audivisset Mercatoris filius, multum animo lætabatur, atque illos comitans, omnes merces in domum suam infert, nautasque in ædes recipit, qui, dies complures in conviviis & hilaritatibus, cum eo transigebant. Horum uno, dicunt illi navicularii: Nos novimus patrem tuum polluisse sapientia prudentiaque, idcirco nobis videtur, non fuisse eum sibi præsentem, cum moreretur, cumque jusjurandum a te exigeret, non te mari peregre iter facturum, Pro certo hoc igitur tibi tenendum. nihil roboris inesse illi jurijurando, pater enim tuus decuplo majores opes trans mare possidebat, quam nos tibi attulimus, quomodo igitur jusjurandum a te requirere poterat, ut omnes illas facultates desereres? fuit ergo mente captus. Hinc, si nos audire voles, pete a Rege & Sapientibus jurisjurandi veniam, &, agedum, nobiscũ proficiscere. Ememus hic merces, quæ in nostris regionibus desiderantur, atque ex iis lucrum ingens capies, tecumque asportabis omnia bona, quæ reliquit pater tuus, in urbe, & regione nostra. Ad hæc ille: Ego jusjurandum dedi parenti, me nunquam mare ingressurum, illud

jusju-

הממון שהניח אביך בארצנו ובמקומינו
ענה להם אני נשבעתי לאבי שלא
אכנס בים לעולם ולא אעבור על
שבועתי ולא על מצותו כי אבי השביעני
בדעתו ומה שלא הודיעני על אותן
הפקדונות ועל כל אותן הממון שהניח
שם נתכוון בדבר שלא אסכן עצמי ועל
זה לא רצה לגלות לי הדבר · וכיון
שכן הוא אשמור מצותו ושבועתי
שנשבעתי לו · אמרו לו וכי היה אוהב
אותך יותר מגופו שסכן עצמו כמה
פעמים אין הדבר כך כמו שאתה
אומר אלא שהיה מטורף בדעתו ולכן
אין במצותו ממש כי לא בדעת היה
מדבר ובלי דעת השביעך לכן טוב לך
לישאל היתר בשבועתך בטענה זו סוף
הדברים שהכבידו עליו בדבריהם עד
שהוציאוהו מדעתו והורד ללכת עמהם
כדי להוציא הממון.

jusjurandum minime violabo, nec transgrediar præceptum ipsius. Pater enim sibi præsentissimus, hoc jusjurandum a me exegit, quod vero debitorum illorum, opumque quas isthic reliquit, nullum mihi fecit indiciũ, eo ipso id intendebat, ne periculo me exponerem, hancque solam ob causam, rem manifestare neglexit. Quæ, cum ita se habeant, servabo illius mandatum, meumq; jusjurandum, quo me ei obstrinxi. Subjiciunt navicularii: cum ipse te magis amarit quam vitam suam, tuique causa tot discrimina adierit, fieri non potest, ut vere sic ista sint, ceu loqueris, sed impos mentis fuit, & proinde nihil solidi inest mandato ejus, amens enim loquutus est, & amens te jurare coëgit, quare optimum fuerit, ut ex argumento hoc, jurisjurandi veniam petas. In summa, tamdiu verbis suis illum urgebant, donec eum a proposito abstraxere, itaque in profectionem ad opes suas petendas consensit.

מה עשה קנה סחורה ונכנס עמהם
בספינה והלכו להם יחד · ומיד שהיו
בים הגדול הכירו שהם שעבר על
שבועתו ועל מצות אביו כי השם המליך
סערה על הים והאניה נשברה נטבעו
כל האנשים שהיו בה על שנתנו לו עצה
לעבור על שבועתו ועל מצות אביו ·
ורמז הקב״ה לשרו של ים והשליך
האיש ההוא אל היבשה ערום ויחף
לסוף העולם במקום שלא היה שם
מושב בני אדם כדי שיסבול דינו על
חטאיו בחיים · וכשבא אל היבשה וראה

Quid igitur facit? Comparat merces, atque navem cum istis conscendit, ũnaq; simul abeunt. Quamprimum autem in altum delati fuerant, agnovere illico, ipsum & jurisjurandi religionem, & patris præceptum violasse. Numen enim, vento impetuoso mare turbabat, sic ut navis frangeretur, omnesque qui ea vehebantur, suffocarentur, quia autores fuerant filio mercatoris, ad insuper habendum jusjurandum, præceptumque paternum. Cæterum, Maris præfectus Genius, ex

את עצמו ערום ויחף הכיר שהשם רגז
עליו וכי בא יום אידו ונשא עיניו למרום
והצדיק עליו את הדין והחל ללכת על
שפת הים אולי ימצא עוד מושב או ש
שימצא מה יאכל ומה יתכסה כי ערום
היה כאשר יצא מבטן אמו ואחר שהלך
כשהלך יום אחד מצא אילן אחד שהיו
ענפיו על שפת הים וחשב בלבו זה אילן אי
אפשר שלא נטעוהו בני אדם הלך למצוא
אוכל והחשיך לו ולא מצא כלום כ
כשראה שלא מצא דבר מה יאכל ולא ב
במה תכסה יתכסה בענפי האילן הרקים
ובעליו כדי להיותם מגינין לו מקרה ש
הלילה · וכשהיה בחצות הלילה שמע קול
ארי נוהם וראה שהיה בא אליו לאכלו
וכשראהו פחד לנפשו מאד שלא יאכלנו
הארי על שלא שמר מצות אביו ועל שעבר
על שבועתו · והרים קולו בבכי והתפלל
לשם להצילו ושיאריך חמתו ואפו עמו
ושלא יפרע ממנו להמיתו במיתה משונה ·
ומה עשה אחז בענפי האילן ועלה למעלה
בסנסיניו וכשבא הארי לא מצאו וחזר
לאחריו · והאיש ההוא נתן הודאה לש"י
כשהצילו מיד הארי ההוא:

Numinis Supremi imperio, illum perjurum, nudum ac discalceatum extrudit circa ultimas orbis plagas, in locum nullis hominibus habitatum, ut vivus lueret peccatorum supplicia. In terram igitur delatus, cum se nudum & discalceatum conspiceret, facile animadvertit, iratum sibi Numen esse, venisseque diem sui infortunii. Sublatis vero in cœlum oculis, fateri cœpit, hæc sibi jure obtigisse: &, in litore deinde obambulans, homines requirebat, & aliquid quod comederet, & quo sese tegeret, non minus nudus enim erat, quam cum egrederetur ex materno utero. Postquam totum diem circumivisset, defertur ad arborem quandam, ramis suis litus obumbrantem, quare secum cogitat, fieri aliter nequit, quam ut arborem hanc homines plantaverint; unde scrutatur, num aliquid ad comedendum reperire posset, verum frustra erat, & tenebræ insuper ingruebant. Cum ergo nihil, nec ad comedendum, nec ad tegendum sese invenisset, arboris teneræ fronde, foliisque ejus se operiebat, ut adversus nocturnum frigus tutamen haberet. At vero, circa noctis medium, audit vocem leonis rugientis, videtque illum accurrentem, ad sese devorandum. Eum cum conspexisset, vehementer metuebat, ne leo ob violatum præceptum paternũ, & jusjurandum, se dilaniaret, unde flens amare, Numen orat, subvenire, & misericorditer secum agere dignaretur, nec mortis sævæ supplicio in sese animadverteret. Quid cœptat? Apprehendit ramos arboris, & tuberibus illius adjutus, eam inscendit, atque sic, cum adventans leo eum non invenisset, retrocedebat, homoque ille gratias Deo agit, quod se a leone liberaverat.

Postea

חשב בלבו הבחור ההוא לעלות עוד
באותו האילן אולי ימצא בו דבר לאכול
כי היה רעב מאד וכשהלך באילן מצא
עוף גדול ושמו קיפופא וכשראהו פתח
את פיו לאכלו והבחור ההוא רצה לברוח
ונתן השם רוח חכמה בלבו ועלה ורכב
על העוף ההוא וכיון שרכב עליו נפל פ
פחדו על אותו הקיפופא ולא נע ממקומו
כל הלילה והבחור הזה הוה ירא מאד
ממנו והיה אוחז בשתי ידיו בכנפיו ולא
היה יכול לרדת מעליו וגם הקיפופא היה
ירא יען שלא היה יודע מי הרוכב ע
עליו · וכשעלה עמוד השחר הביט על
הקיפופא וראה האיש והוסיף לירא מפניו
ויעוף בחמה ופחד כל היום עד לעת ערב
והעביר לו את הים ונשאו עד מקום א
אחד לסוף העול' כשהיה רואה את הים
תחתיו היה ירא מאד והיה מתפלל לשם
להצילו :

Postea constituit is homo secum, altius in arborem evadere, si forte aliquid ad comedendum offendere posset, erat enim summe famelicus. Pergens sic, incidit in avem prægrandem, cui Bubo nomen, ea, viso homine, os distendit, ad illum deglutiendum, homo vero, cum fugam meditaretur, indidit ei sapientiam Numen, ut in avem insiliret. Bubo vero, animadverso hoc insessore, formidare illum cœpit, nec tota nocte loco se movet. Interea tẽporis, homo sibi quoq; metuebat, utraq; manu pennas arcte tenens, nec valens amplius descendere. Bubonem quoque pavor corripuerat, nec enim sciebat, quis in dorso sessitaret. Diluculo exorto, retrospectat Bubo, &, animadverso homine, majorem metum contrahit, unde irata, æque ac pavida, tota die ad vesperam usque circumvolitat; & mare trajiciens, hominem in locum quendam, in extremis orbis finibus situm, deportat, qui, videndo subtus se mare, multum timebat, Numenque invocabat, ut sese servaret.

כשהיה לעת ערב עבר אותו קיפופא
על מדינה אחת ונתקרב לארץ ושמע
האיש ההוא קול נערים שהיו קוראים ב
בסדר ואלה המשפטים כי תקנה עבד
עברי וכששמע כך אמר בלבו בודאי יש
במדינה זו יהודים אשליך עצמי לשם וא
ואיפשר ירחמו עלי ואנצל אם אמכור
עצמי לעבד עברי להם · מה עשה גם
השליך עצמו ונפל על שער בית הכנסת
של אותה עיר ואותו הקיפופא הלך לדרכו

Circa vesperam, Bubo in regionem aliquam defertur, ibi, ave hac terræ viciniore reddita, audit homo vocem legentium puerorum, ex Exodi (cap. XXI,) *Cum emeris servum Hebræum*. Qua re percepta, secum cogitat, necesse est Judæi hic degant, illuc me præcipitabo, fortasse miserabuntur mei, vitamque salvabo, si me in servum ipsis venundem. Quid incipit? Desultat, atque concidit ante fores Synagogæ illius urbis, Bubone avolante. Atenim homo, ex lapsu,

 intra

והאיש כשנפל לא היה יכול לקום עד ב'
שעות כי כמעט שנתפרק אבריו מכח
הנפילה ועל שהיה חלש שלא אכל ב'
ימים ואחרי כן קם על רגליו והלך עד
שער בה"כ ומצאו סגור צעק ואמר פתחו
לי שערי צדק יצא נער אליו ויאמר לו מי
אתה אמר לו אנכי עברי ואת השם
אני ירא הלך הנער אצל רבו וצוהו גם
לפתוח לו הדלת וכשראהו ערום הגיד
לו את כל אשר קרהו מראש ועד סוף
ואמר להם כי עברו עלי צרות גדולות
ענה לו הרב הזאת כל מה שאירע לך ש
הכל הוא כקל על מה שאתה עתיד לסבול
כאן אמר לו הבחור וכי אינכם יהודים
ידעתי שבני ישראל רחמנים בני רחמנים
הם כ"ש לאיש עני כמוני ריקן מכל טוב
ערום ויחף· אמר לו הרב אל תרבה בד
דברים כי איך יכול להנצל מן המות·
ענה לו הבחור ולמה אדוני ולמה תאמר
כדברים האלה אמר לו מפני שהעיר ש
הזאת אינה של בא"א אלא עיר של שדים
ושידותן והנערים האלה אשר אני מקרא
להם בני שדים הם ועתה יתקבצו ברגע
אחד להתפלל וכשיראו אותך ימיתוך:
כששמע הבחור ההוא כך נבהל ונפל
ונשק רגלי אותו הרב ובכה ויתחנן לו
לתת לו עצה ולעזור לו שלא ימות ואמר
כי היה איש יודע ספר וירא השם לולי

intra duas horas non poterat ſeſe erigere: ob illius enim caſus violentiam, parum aberat, quin omnia membra convulſa eſſent, accedente inſuper bidui inedia. Tandem ſurgit, & ad portam Synagogæ accedit, quam, cum clauſam reperiſſet, clamare cœpit. Heus, aperite mihi portas juſtitiæ. Tum puer egrediens, interrogat illum: Quis tu homo es? Reſpondet ipſe: Hebræus ego ſum, & veri cultor Numinis. Nec mora, refert id puer Magiſtro, qui, fores illi pandere juſſit. Magiſter, cum hominem ſic nudum conſpexiſſet, (*quærit cauſam, ſimulq; narrare jubet, quomodo in has oras delatus ſit.*) Ediſſerit igitur (*hoſpes,*) omnia quæ ſibi acciderant, a principio ad finem usque, querens, atrociſſimas ſe perpeſſum eſſe calamitates. Tum Magiſter: Quicquid hactenus ſuſtinuiſti, id totum leve eſt, præ eo, quod hic te manebit. Ad hæc, homo: Annon vos Judæi eſtis? Atqui, novi ego, Judæos miſericordes eſſe, hâcque virtutem trahere a Majoribus, tanto magis igitur miſerebuntur pauperculi hominis, qualis ego ſũ, deſtitutus rebus omnibus, nudus, diſcalceatusque. At Magiſter, noli, inquit, multa verba facere, nec enim mortis evadere potes ſupplicium. Ibi homo percontari: Ecquare Domine? &, quam ob cauſam tam ſæviter mihi comminaris? Reſpondet Magiſter: Quia hæc urbs non habitatur ab hominibus, ſed Dæmoniorum Lamiarumque propria eſt; atque illi Pueri, quos erudio, Dæmoniis prognati ſunt, eaque, intra momentum aderunt ad precandum, & ſimul ac te videbunt, vita te exuent. Quæ, cum audiviſſet hoſpes, magno metu corripiebatur, & coram Magiſtro procidens, pedesque illius deoſculans,

שחטא בעצת אותם האנשים שהטעו אותו
לעבור על מצות אביו ועל שבועתו וב
וכששמע אותו הרב כך נכמרו רחמיו ש
עליו וענה לו כיון שאתה בן תורה ו
ויודע ספר ואתה מתחרט על מה שעשית
ראוי לחום עליך ומאחר שנשקת רגלי
והתנפלת לפני אטרח בעבורך אם אוכל
להצילך:

sculans, flebat, & obsecrabat Magistrum, ut consilium suggereret, ac opem ferret, ne capitis discrimen incurrat, addens, se literis esse imbutum, & Numinis cultorem sedulum, peccasse autem tantum, ex pravo consilio illorum naviculariorum, qui se seduxerint ad violandum præceptum paternum, & jusjurandi religionem. Istis perceptis, cœpit miseratione moveri Magister, ita ut diceret juveni: Quia Legis Divinæ, & doctrinæ gnarus es, atq; pœnitentia admissorum caperis, æquum est, tibi parcere. Proinde, quia pedes meos osculatus, mihiq; supplex factus es, tui causa enitar, ut te liberare queam.

מה עשה הרב הביאו לביתו והאכילהו
והשקהו ולן בביתו בלילה ההיא ולא ש
הרגישו עליו השדין כל אותה הלילה ל
למחר בהשכמה אמר לו אותו הרב בא
עמי לבית הכנסת ושים עצמך תחת
כנפי ואל תדבר דבר עד שאדבר בעניך
הוליכו לבית הכנסת ועמד תחת כנפות
הרב וכשעלה עמוד השחר באו השדים
לבית הכנסת כלפידי אש ושמע קול ב
ברקים מרעישים וקול זוועות · והאיש
ההוא עמד מרעיד ולא נשאר רוח א
מרוב פחדו ויראתו ושמע שהתחילו לומר
פסוקי דזמרא כמו אם היו בני ישראל
והיה עומד שד אחד קרוב לאותו הרב
ואמר לחברו ריח בני אדם אני מריח
עד שנשמע הקול ביניהם ואמרו הנה
הוא עומד בצד הרב וכולם נהגו כבוד

Quid facit Magister? Introducit hominem in ædes, eumque cibo ac potu reficit, pernoctatque ibi hospes, nec id tota illa nocte sensere dæmones. Mane, cum illuxisset, ait Magister hospiti, veni mecum in Synagogam, & intra pallium meum ibi te recipe, nec quicquam loquitor, priusquam tuo nomine verba fecero. Introductus in Synagogam, sub pallio Magistri delitescit. Mox, exorta aurora, dæmones Synagogam petunt, tanquam flammæ igneæ, exaudiebatq; hospes, quasi quosdam tonitruum sonitus, commoventes concussantesque. Stabat igitur homo ille formidolosus, nec fere animi quicquam reliquum habebat, præ nimio pavore, & tremore. Audiebat vero recitantes dæmonas preces solemnes matutinas, quasi forent Judæi. Interim, quidam dæmonum, qui haud procul a Magistro constiterat, socio suo ait, odorem hominis ego olfacio, idq; tamdiu, quoad inter omnes vox hæc fuit exaudita. Tum cuncti clamare; Ecce stat a latere Magistri. Cæterum, universi id honoris

הרב ולא קרבו אליו מאחר שהוא יושב
בעד כנפיו וכשראה אותו הרב שידעו
השדים שהאיש ההוא היה לשם מיד ש
שהשלימו פסוקי דזמרא אמר לחזן אל
תתפלל עד שאדבר דברי · מיד אמרו
לו השדים רבנו דבר על עבדיך נא
דבריך ונשמעם :

ris tribuebant Magistro, ut nemo hominem attingeret, quoad pallio Magistri tegebatur. Cum sic videret Magister, innotuisse Dæmonibus, esse illic hominem, confestim post recitatas Preces Psalmicanas, ait Præcentori: Noli tu porro precari, priusquam verba mea protulero. Ibi statim Dæmones: Loquere, Magister, servis tuis verba tua, nos auscultabimus.

אמר להם אני מבקש מכם שלא ת
תזיקו לאיש הזה כיון שנכנס בצל
קורתי · אמרו לו ומה טיבו של ילוד
אשה ביניכו ומי הביאו לכאן ספר ל
להם הרב כל מה שאירע לאיש ההוא
מראש ועד סוף אמרו לו ואיך נחיה ע
אדם רשע כזה שעבר על מצות אביו
ועל שבועת השם אין זה כי אם בן
מות אמר להם הרב כבר קבל עליו
ענשו ברוב צרות ורעות שעברו עליו ו
והוא בן תורה וראוי שתגין עליו תורתו
שאם היה חייב מיתה לא היה השם
מצילו מן הים ומן הארי מן הקיפופא
ומכמה צרות · ענו לו השדים כ״ש שהוא
בן מות שהוא בן תורה ולא שמר מ
מצות אביו וגם שעבר על שבועתו וש
והשגגות נעשות לו כזדונות והשם לא
הצילו מכל מה שעבר עליו אלא כדי ש
שימות בידינו במיתה משונה :

Tum ait illis: Ego hoc a vobis contendo, ne istum hominem lædatis, quia sub umbram tigni mei confugit. Ad hæc Dæmones: Quid sibi vult, fœmina editus inter nos, & quis eum huc deduxit? Ibi narrat illis Magister omnia, quæ homini evenerant, a capite usq; ad calcem. Dehinc Dæmones, anne concederemus, inquiunt, superstitem esse, tam nequam hominem, qui migravit mandata paterna, & jurisjurandi sanctimoniam? omnino reus est capitalis supplicii. Subjicit Magister: Quoniam pœnas, suis multis calamitatibus ærumnisque quas perpessus est, luit, atq; in sacris literis scientiam profitetur, æquum est, ut hæc eruditio illum tueatur. Quod si enim mortem promeruisset, non liberasset ipsum Numen e naufragio, nec a Leone, nec a Bubone, aliisque malis plurimis. Regerunt Dæmones: Tanto magis dignus est, qui vita exuatur, cum Legem Divinam teneat, nec servarit præceptum paternum, suumque jusjurandum violaverit. Huic enim, leviores errores, pro delictis gravissimis imputantur, Numenque haud aliū ob finem, inter omnes istas adversitates ipsum illæsum præstitit, quam, ut a nostris manibus mors ei inferatur dirissima.

אמר להם הרב אין ראוי שתמיתוהו
אתם אלא בדין תורה מאחר שהוא בן
תורה ועתה שמעו לקולי ויחרים החזן
שלא יזיקנו שום שד עד אחר התפלה
ונביא אותו לפני אשמדאי המלך והוא
ידין אותו אם למות אם לחיים · ענו
כלם טוב הדבר אשר דברת מיד צוו
לחזן הכנסת להחרים שלא יזיקנו שום
שד עד שידין אותו אשמדאי מלך ה
השדים:

Excipit Magister: Minime fas est, ut vos illum perimatis aliter, quam secundum Legis Divinæ instituta, cum eruditus sit. Nunc igitur audite consilium meum: palam edicat Præcentor, sub anathematis pœna, ne quis vestrum, illi ante preces peractas noceat. Postea, iis finitis, adducemus illum ad Regem Asmodæum, atque ipse judicabit, num morte, an venia dignus sit. Tum, uno ore omnes: Probum est consilium, quod suasisti: nec mora, jubent Præcentorem sub anathematis pœna divulgare, ne quis Dæmonum manus ei inferat, antequam Asmodæus Rex Dæmonum, de illo cognovisset,

ואחר שהתפללו הביאוהו לפני אשמדאי
ואמרו לו אדוני המלך האיש הזה הוא
בינינו מפני שחטא לשם ית' שעבר על
שבועתו ושלא שמר מצות אביו והנה
אירע לו כך וכך ואנחנו לא רצינו ל
להמיתו עד שתדינהו אתה מפני שהוא
בן תורה · וכששמע המלך כך קרא ל
לבית דינו ואמר להם הנה זה האיש
שעשה כך וכך והקרה לו כך וכך ל
דינו לבקר משפט ושפטו בדינו כי הוא
בן תורה לכך תדינהו בדין תורת משה ·
הלכו בית דינו ושפטו בדינו ודינוהו
למות מפני שכתוב בתורה ארור מקלה
אביו ואמו וזה הקלה כבוד אביו ש
ומצותו וכיון שהוא ארור וכ

Post recitatas Preces, deducunt reum coram Asmodæum, dicuntque illi: Rex, Domineque: Iste homo in nos incidit, quia deliquit adversus Numen æternum, violando jusjurandum, & spernendo mandatum Parentis sui, atque ecce, ista & ista ei evenerunt. Nos autem noluimus illum trucidare, priusquã tu de ipso decerneres, quia Divinarũ literarum Studiosus est. Quæ, cum percepisset Rex, convocat Senatum suum, & his eum affatur verbis: Ecce vobis Hominem, qui hæc, & ista patravit, & cui, hæc, & ista acciderunt, ite igitur cras in suffragia, & inquirite in causam illius. Cũ enim Legis Divinæ Studiosus sit, ideo secundum Mosaicam Legem vos eum judicare addecet. Abeunt Senatores, omnique negotio probe perpenso, capitalem adversus eum ferunt sententiam. Nimirum, hoc nitebantur fundamento: Scriptum est in Lege (Deut. XXVI. 16.) *Maledictus esto, quisquis vilipendit patrem suum, aut matrem suam.* Atqui, iste, vilipendit utique honorem patris sui, illiusque præceptum, & proinde subjacet maledictioni. Cæterum, maledictionis reum, eundem

וארור הוא בן מות משאול בן קיש ש
שרצה להמית בנו יהונתן על שעבר על
ארור ועוד כי זה. עבר על שבועתו ש
שכתיב כי לא ינקה יי' וגו' הלכו ל
לפני המלך אשמדאי וספרו לו איך ש
חייבוהו למיתה על הטעמות הנזכרי'.
אמר להם אשמדאי המתינו בדין ולינו
עליו שכן כתיב ושפטו העדה והצילו ה
העדה ואמרו חכמיהם הוו מתינין בדין.
וכן משה רבם עכב בדין הקושש כי לא
פורש אמרו לו כן נעשה כאשר דברת
כי אתה אדונינו ועליך עינינו. אמר ל
להם המלך ילך עמי האיש הלילה הזאת
כדי שלא ימיתוהו עד שיתבאר הדין
וכן עשו. באותה שעה שאל לו אשמדאי
אם קרא ושנה וצוה והביא לפניו ספר ת
תורה נביאי' וכתובי' וסדרי משנה ותל' ד
ובדק אותו ומצאו חכם בכל ענין וכ
וכשראה אשמדאי כך אמר לו עתה ידעתי
כי איש חכם אתה וגם מצאת חן ב
בעיני השבע לי שתלמד בני מה שאתה
יודע ואני מציל מיד הסנהדרין כי ידעתי
שיסכימו בדינך להרגך בשבע לו בכך
אמר לו המלך בא ואלמדך טענות ש
שתטעון ליום מחר כי אמרו כי איש ב
מות אתה. ואתה תענה להם כי אתה דיין

dem & mortis reum esse, constat ex illo Saulis filii Kis, qui (*ceu* 1. *Sam. XIV. scriptum est*,) filium Jonathanem perimere nitebatur, quia contrarium fecerat ejus, quod ipse sub maledictione prohibuit. Accedit, quod iste insuper jusjurandum suum rupit, quodque Scriptura de homine ejusmodi pronunciat (Ex. XX, 7.) *Non relinquet impunem Dominus eum &c.* Quamobrem adeunt Regem Asmodæum, eique exponunt, quomodo reum, capitis supplicium promeruisse sentiant, ob rationes prædictas. Tum ait illis Asmodæus: Exspectate, & sententiæ promulgationem, in diem usque crastinum differte, nam S. E. (Num. XXXV. 24. 25.) *Tunc jus dicent cœtus: Et eripient cœtus.* (*Quo, jubetur pars Synedrii damnando reo, pars, absolvendo intentaesse.*) Scitumque est illud Sapientum Hebræorum: Moras trahite judicaturi. Sic quoque Moses Magister eorundem, distulit, de eo, qui in Sabbato stipulas collegerat, pronunciare, quia parum ei liquebat. Respondent Dæmones: Morē geremus monitis tuis, tute enim Dominus noster es, & oculi nostri te spectant. Subjicit Rex: Mecum morator homo iste hac nocte, ne illum perimant, antequam de sententia concipienda liquido constet: atq; id factum. Haud multo post, interrogat Asmodæus hominem, num in Sacris Literis, & δευτερώσεσι sit exercitatus, jubetque afferre Codicem Legis, Prophetarum, & Hagiographorum, itemque Mischnæ Ordines, cum Talmude, ac in illius profectus inquirit, deprehenditque omnium rerum apprime gnarum. Cum ista sic explorasset Asmodæus, ait homini: Nunc equidem scio, te virum sapientem esse, atque omnino tibi redditus sum propitius. Ergo jusjurandum dato, edocturum te filium

meum

גדול וחכם ומאתה חפץ לראות הדין
ולבדוק בטענות והם יבואו לפני ואני א
הצילך מידם : למחר באו ב"ד לפני המלך
אשמדאי ואמרו לו לא מצאנו לו שום
זכות · ענה הבחור ואמר להם אני ג
דיין גדול יותר מכם אני רוצה ל
לפשפש בדיניכם אמרו לו ראוי לעשות כ
כדבריך · כשיצאו ביניהם ואמרו אין טוב
לנו אלא להביאו לפני המלך אשמדאי
שהוא לומד תמיד בישיבה של מעלה
ואח"כ יורד והוא לומד בישיבה של מ
מטה · ולכן הוא בקי בדינין מן השמים
ומן הארץ · הלכו ושאלו לאשמדאי מה
יאמר בדינו · אמר להם אין לאיש ה
הזה משפט מות כי כל מה שעשה לא
במרד ובמעל ולא בזדון עשה · אלא
שאותן האנשים הפיתוהו והטעוהו בא
בדברים ואנוס רחמנא פטריה · מנא
לן מן לנערה לא תעשה דבר · ואתם
יכולים לדעת כי כן הוא שהשם ית
המית בים האנשים ההם והוא ניצול
וכששמעו הב"ד כך פטרוהו בדין · ואחרי
כן לקחו אשמדאי והביאו לביתו וגם
בנו לפניו ללמדו תורה ומה שהיה צ
יודע ועשה לו כבוד גדול ולבסוף של ם

meum, ea, quæ tute tenes, atque eripiam te e manu Dæmonum, quos in te necando novi conspiraturos. Jurat igitur Regi, atque Rex postea ait homini: Veni, indicabo tibi argumenta, quibus die crastino te defensabis, cum capitalem sententiam adversus te ferent. Dic nimirum illis, te esse Judicem, Sapientemque magni nominis, ac proinde cupere te ipsorum cognoscere decretum, & examinare rationes, tum me illi adibunt, atque ego te servabo. Postridie convenit Senatus coram Asmodæo, ajuntque: Non reperimus ullam causam, quare eum absolveremus. Tum homo ille dicere: Mihi major, quam vobis, juris est peritia, atque volo inquirere in justitiam sententiæ vestræ. Respondent dæmones: Æquum est, nos tibi hoc concedere. Post habitam autem deliberationem, inquiunt: Nihil magis ex usu nobis est, quam ut illum coram Rege Asmodæo sistamus, ipse enim quotidie in ætherea Academia literis invigilat, & deinde descendit, atque in ima quoque Academia studiis operatur, itaque, & cœlestis & terrestris juris habet notitiam. Abeunt igitur, & ex Asmodæo quærunt, quid illi videatur? a quo hoc responsum accipiunt: Iste homo, neutiquam capitis pœnam commeruit: quicquid enim fecit, nec sponte, nec cum destinato animi proposito, nec dolo malo ab eo est factum. Verum navicularii illi, verbis suis ipsum pellexerunt, deceperuntque, at, quæ invita sunt, Numen non attendit. Unde hæc colligimus? Ex loco (Deut. XXII. 26. *ubi de puella per vim compressa legitur:*) *Puellæ autem, ne facito quicquam.* Atque vos, ex eo quoque agnoscere potestis, rem ita se habere, quia Numen viros illos in mari sustulit, iste autem evasit salvus. Hæc, cum Senatus percepisset, insons

 sons

שנים ידע בן אשמדאי כל מה שלמדו
האיש ההוא מכל מה שהיה האיש יו
ודע · לימים מרדה מדינה אחת בא
באשמדאי ויקבץ חיילותיו ללכת על אותה
מדינה ומינה האיש ההוא על ביתו ועל
כל אשר לו ומסר לו מפתחות כל בית
גנזיו וצוה לכל אנשי ביתו שלא יעשו
דבר זולתי אשר יצוה האיש ההוא·
והראה אשמדאי לאיש ההוא כל בית ג
גנזיו והראהו בית אחר שלא היה לה
מפתח ואמר לו אשמדאי בכל בית גנזי
יהיה לך רשות להכנס חוץ מבית זה·
הלך אשמדאי לצור על העיר ההוא עד
ויהי היום והיה עובר האיש על אותו
פתח שצוהו אשמדאי שלא ליכנס בו·
אמר בלבו מה יש בבית זה שצוני בא
המלך שלא אכנס בו יותר מכל בית ג
גנזיו · הלך על הפתח ושמר וראה
בת אשמדאי שהיתה יושבת על קתדרא
של זהב וסביבה בתולות רבות מרקדות
ומשחקות לפניה והיא היתה יפת תאר ו
ויפת מראה מאד · וכשראתה אותו ע
אמרה לו בא והכנס לכאן נכנס אצלה
ועמד לפניה · אמרה לו אדם טפש איך
עברת על מצות המלך אשמדאי אבי
ועוד מה אתה רוצה בבית נשי' תדע
באמת שהיום תמות שכבר ידע אבי

ſons declaratus eſt. Poſt hæc Asmodæus hominem ſe ſectari jubet, eique in ædes introducto, committit filium ſuũ, ut illum Sacras Literas,& reliqua, quæ tenebat, edoceret, afficitque hominem ſummis honoribus. Exacto triennio, callebat Asmodæi filius omnia, quibus magiſter illum imbuerat, & quicquid ſcivit magiſter. Interjecto deinde tempore, defecit Civitas quædam ab Asmodæo, quare copias, ad eam oppugnandam colligens, præficit hominem univerſæ domui ſuæ, univerſisque facultatibus, & claves omnium theſaurorum illi tradens, imperat domeſticis, ne quid citra ipſius juſſum faciant. Monſtrat ſic Asmodæus homini, omnes ſuas opes, oſtenditq; ei domum aliam, quæ clave carebat, ac dicit: In gazophylacia quæque mea, tibi introeundi jus eſto, præterquam in domum hanc. Abit deinde Asmodæus, urbem expugnaturus, atque accidit quadam die, ut Oeconomus ille, eas fores præteriret, per quas Asmodæus ingredi illum prohibuerat, quare ſecum cogitat; Ecquid continere poteſt domus hæc, quam ſolam, præ omnibus gazophylaciis, intrare vetuit Asmodæus? Accedit igitur ad fores, ibiq; præſtolatur (*quoad aperirentur; idq, cum factum eſſet,*) videt filiam Asmodæi, inſidentem throno aureo, circa quam ſtrepebant puellæ multæ, ſaltantes, & jocantes, ipſa autem erat pulchra aſpectu, & formoſa inſigniter. Ea, cum hominem conſpexiſſet, ait illi: Accede, & ingredere. Ergo intrat ille, & coram ea conſiſtit. Tum ipſa: Tu vero homo inſulſiſſime, quare præceptum Asmodæi Regis, patris mei, violaſti? & quid tibi vis in gynæceo hoc? Pro certo igitur noveris

שאתה נכנסת בבית זה והנה הוא בחרבו
שלופה בידו ויהרגך · וכששמע האיש
ההוא כך נפל על רגליה ונשקם והתנפל
לפניה ויבך ויתחנן לה להצילו מיד ע
אביה שלא ימיתנו שלא נכנס לשם ל
לזנות ולא נתכוון לעשות דבר רע עם
הנערות וכשראתה בת אשמדאי כך ע
אמרה לו מאחר שאתה בן תורה שמ
הענוה שים בך ויצילך היום ועתה צא
מן הבית הזה וכשיבא אבי ויאמר לך
על מה עברת על מצותי ונכנסת אצל
בתי וירצה להרוג אותך אמור לו ע
אדוני לא נכנסתי אלא מפני שאני ע
אוהב את בתך מאד ואני שואל ממך ש
שתתננה לי לאשה ויודעת אני כי ייטבו
דבריך לפניו ויתן אותי אליך כי מן
היום שאתה עמנו נתן עיניו כך לת
לתתי אליך מפני שאתה בן תורה אלא
שאין דרך ארץ שהאשה תובעת האיש
ונגלאי והיה למלך כמוהו לשאול שתקח
בתו׃

ris, tibi hac die moriendum esse. jam enim perspectum habet parens meus, te huc intrasse; atque ecce, huc properat, cum stricto gladio, ad te trucidandum. Istis auditis, provolvitur homo ad pedes Virginis, eosque osculatur, & prono corpore flens obtestatur eam, ut se a patre & imminenti exitio liberet, nec enim scortandi causa se ingressum esse, aut cum puellis rem malâ patrandi habuisse propositum. Quæ, cum vidisset Asmodæi filia, ait: Quia legis divinæ peritus es, tua te nunc sospitabit modestia. Quamobrem, exi e domo hac, & cum parens meus adventabit, te objurgans; Quare tu præceptum meum violasti, & ad filiam meam ingressus es? interitumque tibi comminans, inquito; Domine, haud alia ex causa intravi, quam quia filiam tuam, vehementer depereo, atque ego te rogo, ut illam mihi in uxorem des. Sat scio, hæc verba ipsi grata futura, eumque me tibi concessurum; nam, ex eo tempore, quo nobiscum agere cœpisti, hoc meditatus est, ut me tibi traderet, ob tuam in divinis literis peritiam. At, non honestum erat, ut mulier virum procaret, nec convenisset tanto Regi, te solicitare ad filiam ducendam.

וכששמע האיש ההוא דבריה שמח
בלבו ועודנו מדבר אל לבו שיצא מן
הבית הזה הנה אשמדאי בא וחרבו ש
שלופה בידו ואמר לו למה עברת על
מצותי עתה בא יומך שאשיב לך גמול
מכל מה שעשית · אמר לו אדוני לא
נכנסתי אלא מרוב חשקי בבתך בבקשה

Istis perceptis, in pectore secum gaudere homo cœpit, suamque secum volvens felicitatem, dum e domo egreditur, obvium habet Asmodæum, tenentem manibus strictum gladium, clamantemque: Cur tu mandatum meum insuper habuisti? Nunc quidem adest dies, ut præmia digna omnibus tuis factis rependam. Tum homo ille: Tuam fidem Domine! non huc intravi,

ממך תכה אותה לי לאשה כי ישרה
בעיני מאד וכשמע אשמדאי כך שמח
מאד ואמר לו ברצון אתננה לך רק
המתין לי עד בואי מן המלחמה ומעתה
אני נותן לך רשות להכנס בבית שבתי
בו ולשחוק עמה ולעגב אותה כרצונך׃
מיד חזר אשמדאי ולכד אותה מדינה
והחריב אותה ואחרי כן אמר לחיילותיו
באו עמי לנשואי בתי שאתן לאיש
אחד חכם גדול ובן תורה׳ מה עשו
כנסו כל העופות והחיות שמצאו במדבר
עד שלא היה להם מספר והביאו הכל
למשתה׳ ונתן המלך אשמדאי ממון גדול
שלא היה חקר ומספר לאיש ההוא וכתבו
הכתובה וחתם החתן הכתובה וכל גדולי
המלך עמו ועשה המלך להם משתה גדול
ועכוס ביד המלך לעת ערב מסר אשמדאי
בתו לאיש ההוא כדרך כל הארץ ונכנסו
שניהם לחדר ואמרה לו בת המלך אל
תחשוב בלבך שאני שידה ושאתה בן אדם
אינני חסרה כלום אמנם הזהר שלא תבא
אלי אם אין אתה חפץ אמר לה אני אוהב
אותך כבת עיני ולא אעזוב אותך לעולם׃
אמרה לו השבע לי בדבר הזה נשבע לה
וכתב השבועה בספר וחתם בה האיש
ההוא אחרי כן בא אליה והוליד ממנה
בן ומל אותו לשמנה ימים כדין תורה
וקרא את שמו שלמה על שם המלך שלמה

travi, niſi ob impotentem amorem, quo erga filiam tuam exardeo: obſecro te, hanc mihi uxorem des, nam multum illa capior. Hæc, poſtquam audiviſſet Asmodæus, vehementer lætabatur, atque homini: Deſpondebo tibi eam ac libens, verum expecta, donec ab expeditione mea fuero reverſus; interea poteſtatem tibi nunc facio, viſitandi domum in qua moratur filia mea, & cum ea colludendi, amoriq; tuo indulgendi ex ſententia. Sic mox reverſus in caſtra Asmodæus, urbem expugnat, & ſolo æquat, ac poſtea, his, copias ſuas alloquitur verbis: Venite mecum ad nuptias filiæ, quam collocabo in matrimonium, cum viro rerum humanarum divinarumque peritiſſimo. Quid fit? tantum avium ferarumque ex ſylvis colligunt, ut numerari non poſſent, atque cunctas nuptiis inferunt. At vero Asmodæus, divitias ſine modo & menſura genero largitur, confectumque eſt inſtrumentum dotale, cui Sponſus, omneſque Proceres ſubſcripſere. Parat, deinde Rex epulas ſplendidas, & magnificas, pro dignitate ſua, & ſub veſperam, filiam ſuam genero, more ubivis gentium recepto, committit, atque ambo ſimul in cubiculum ſe recipiunt. Tum Sponſo, ait Sponſa: Noli tecum cogitare, me Strigem eſſe, te vero hominem: nihil enim deſit. Sed cave rem mecum habeas, niſi id feceris ex amore. Tum ille: Ego te haud ſecus amo, quam oculi mei pupillam, nec unquam te deſeram. Ibi Sponſa: Da igitur mihi jusjurandum, ſic futurum. Nec mora, ſancte jurat Sponſus, ipſamque jurisjurandi formulam, in ſcripturam redigit, obſignatque. Conſcendunt poſtea torum genialem, ſuſcipitq; mari-

ועמד האיש ההוא אצלה כמה ימים. ויהי
היום והאיש היה מצחק עם בנו שלמה
והיתה אשתו בת אשמדאי שם ונאנח ה
האיש ההוא אמרה לו אשתו למה נאנחת
אמר לה על בני שהנחתי בארצי ועל א
אשתי נאנחתי אמרה לו ומה אתה חסר
כאן אין אנכי יפה בפניך או אתה
חסר ממון או כבוד הגידה לי ואמלא ר
רצונך. אמר לה איני חסר כלום אלא
כשאני רואה את בני שלמה אני זוכר ש
שאר הבנים. אמרה לו הלא אמרתי לך
שאם לא היתה אהבתי חקוקה בלבך שלא
תקחני לאשה ועתה אתה נאנח על אשתך
הראשונה וזוכר אותה אל תעשה כן פ
פעם אחרת אמר לה אני אשמור מזה ל
לימים חזר האיש ההוא להאנח אמרה לו עד
מתי לא תמנע עצמך מהיות נאנח על א
אשתך הראשונה ועל בניה כיון שהוא
כן אני אביאך אל אשתך ואל בניך ש
הראשונים אמנם תן לי זמן מתי י
יהיה מהלכך ומתי תשוב אמר לה כן א
אעשה כדברך ונשבע לה על כך וכתב
השבועה וחתם בה הוא ונתן בידה והיא
שמרה כל השטרות והשבועות שעשה לה
להיותם לה לעדות. מה עשתה זימנה
כל עבדיה ועשתה משתה גדול, ואחר
שאכלו ושתו אמרה להם הנה בעלי זה ר

maritus e conjuge filium; quem octavo die, ex præcepto Legis Mosaicæ circumcidit, vocavitque Salomonem, in Salomonis Regis memoriam, atque sic per bene longum tempus una vivebant. Accidit deinde aliquando, ut vir ille, præsente uxore, cum filio suo Salomone lusitans, duceret suspiria. Tum Conjux quærere, quare suspiraret? Respondet is: Suspiro ob filium meum, uxoremque meam, quos in patrio solo reliqui. Ibi mulier: Qua hic apud nos re destitueris? Annon satis tibi formosa sum? aut, an divitiis, vel honore eges? indica id mihi, atque faxo, optata feras. Subjicit homo: Nulla re careo, verum quoties filium meum Salomonem intueor, in memoriam mihi redeunt liberi cæteri. Ait illa: Annon dixeram tibi, ne me uxorem caperes, nisi amor mei alte in cor tuum esset defixus? & nunc tute ingemiscis ob uxorem priorem, ejusque meministi, cave sis, hoc iterum mihi feceris. Sic maritus pollicetur, velle se ea re abstinere. Cum vero nihilo minus non multo post, ad sua rediret suspiria, sic eum affatur Conjux: Vsque quo non cohibebis te suspirare primam tuam uxorem, liberosque ejus? Quia vero, tanto illius tangeris desiderio, curabo, ut deducaris ad veterem conjugem, liberosque tuos, verum, statue mihi tempus, quo iturus es, quoque ad nos reversurus. Ad hæc, ille: Faciam prout jusseris: ac jusjurandum præstans, ejus formulam in literas refert, subscriptione sua roborat, ac uxori suæ in manus tradit, quæ, omnia instrumenta jurationū custodiebat, ut pro testimonio valerent. Quid ipsa porro actitat? Vocat ad cœnam omnes servos, & instruit convivium insigne, ac postquam comedissent & bibissent, ait illis, Ecce hic meus maritus, expetit

כתאות לראות אשתו הראשונה ובניה שיש
לו במקום פלוני ועתה מי הוא זה אשר
יש בו כח להביאו לשם ענה אחד ואמר
אני אוליכנו בכ' שנים ענה אחד ואמר
ואני בעשר שנים וענה אחד ואמר ואני
בשנה ענה אחד שהיה בסוף השלחן ש
שהיה סומא מעינו אחת וגבן ואמר
אני אוליכנו לשם ביום אחד אמרה לו
אליך אנכי חפצה אמנם הזהר בו שלא
תזיקנו ואל תעשה לו מאומה והוליכהו ב
בנחת כי הוא אדוניך והוא בן תורה
ואין בו כח לסבול דבר רע ׃ אמר לה
אני אעשה כדברך ׃ אמרה לבעלה ב
בסתר אדוני הזהר פן תכעיסו לזה כי
הוא בעל חמה כי בסבת רגזנותו הוא
עור ׃ אמר לה לא אכעיסנו בדבר אמרה
לו לך לשלום רק הזהר בשבועתך . מה
עשה אותו העור והגבן הרכיבו על ע
כתפיו והביאו אל עירו והניחו חוץ לעיר
בראש הגשר לשלום ;

tit videre conjugem suam priorem, liberosque qui degunt in civitate Ploni Almoni. Ecquis igitur vestrum eo pollet robore, ut ipsum illuc deducat? Ibi respondens quidam, promittit intra annos viginti se id effectum daturum, alius, sibi decennium ad id deposcebat, rursus alius, intra annum unum se hoc præstiturum pollicetur, quidam vero, postremus mensæ assidens, oculo uno orbus, & gibbosus, intra diem unum hominem illuc portandi conditionem offert. Tum Hera: Te mihi expeto. Verum, cave illum lædas, aut ulla re offendas, sed leniter eum deferto, nam scito hunc & Dominum tuum esse, & multum se literis invigilando defatigasse, unde graviora perpeti nequit. Ibi dæmon: Parebo tuis jussis. Mox, clanculum viro suo ait mulier: Quæso te, Domine, ne hunc dæmona irrites, est enim iracundus, atque ex ea re altero oculo caret. Ad hæc, maritus: Nullatenus ad iram illum provocabo. Denique mulier: I, pede fausto; sed jurisjurandi tu mihi memor esto. Quid orditur unoculus ille & gibbosus dæmon? Imponit hominem, divaricatis cruribus, dorso suo, eumque in urbem suam defert, & ante eam, juxta caput pontis sistit incolumem.

ויהי בעלות השחר נעשה אותו שד
כדמות אדם ונכנסו שניהם בעיר פגעו
בגוי אחד שהיה מכירו ואמר לו אתה הוא
פלוני בן פלוני שהלכת לעבר הים ונ
וטבעה הספינה אמר לו אני הוא ׃ אמר
לו הגוי אלך וארוץ ואבשר לאשתך שי
שיושבת כאלמנה זה כמה ימים ולקרוביך ׃

Cæterum, sub auroræ ortum, assumit dæmon hominis personam, amboque urbem ingrediuntur. Ibi incidit in hos quidam alienigena, Asmodæi genero olim amicus, unde illi ait: Tune ὁ δεῖνα es, filius τοῦ δεῖνα, qui mari sese exposuerat, & naufragium passus fuit? Respondet alter: Is ipse sum. Tum prior: Præcurram, atque hoc nuncium ad uxorem tuam referam, quæ, pro vidua, multos jam sedet annos, quin & pro-

הלך ובשרם בכך ושמחו שמחה רבה
ויצאו לפניו בחדוה רבה קרוביו ומיודעיו
ושאלו לו על אודות התלאה אשר מצ
מצאתהו וספר להם את כל אשר קרהו
מראש ועד סוף עד היום ההוא וכאשר
הצילו ה' ונכנס לביתו ואותו השד הגבן
עמו בדמות אדם ונשק לאשתו ולבניו ב
בפניו ועשה משתה לכל אוהביו קרוביו
ומיודעיו · אחר שאכלו ושתו אמר האיש
ההוא לאותו השד הגבן שהביאהו למצות
בת אשמדאי למה אתה עור מאחת מש
מעיניך · ענה לו כתוב מפורש שומר ש
פיו ולשונו שומר מצרות נפשו · ולמה
אתה מלבין פני ברבים הלא אמרו שא
חכמיכם המלבין פני חבירו ברבים אין
לו חלק לעולם הבא · עוד שב האיש
אותו להכעיסו לומר לו ולמה אתה ג
גבן אמר ככלב שב אל קיאו כסיל ש
שונה באולתו · ואם כל זה אספר לך
האמת כשאתה אומר על מה אני סומא
מפני שאני כעסן יום אחד הייתי מתקוטט
עם חברי והנה דקרני חברי בסכין וש
וסומא את עיני ומה ששאלת על
מה אני גבן לך ואמר לאומן שעשני ·
אמר לו נעניתי לך מחול לי אמר לו
לעולם לא אמחול על עלבוני אמר אותו

propinquis tuis idem narrabo. Abit igitur, atq; rem indicat; tum omnes multum gavisi sunt, omnesque propinqui, & noti, lætanter illi obviam procedunt, atque percontantur eum, de casibus quibus fuerit expositus. Cæterum ille, a principio, ad calcem, recenset iis singula, quæ ad præsentem usque diem fuerat expertus, & quomodo Deus ipsum servasset: domumque suam, cum gibboso, sed formam humanam induto dæmone, ingrediens, osculatur præsentibus omnibus, uxorem suam, & liberos suos, paratque epulas amicis, propinquis, ac familiaribus suis. Finitis epulis, ait homo ille gibboso dæmoni, qui se ex præcepto filiæ Asmodæi adduxerat, quam ob causam tute altero oculorum cæcus es? Respondet Dæmon: Scriptum est perspicue (Proverb. XXI. 23.) *Qui observat os suum, & linguam suam, conservat ab angustiis animam suam.* Tu vero, quare hic publice faciem meam in pallorem das? Annon dixere Sapientes vestri: Quisquis socium suum propalam pallere facit, exors est æternæ vitæ? Sed, hæc nihil moratus, pergebat vir ille irritare Dæmonem, inquiens: Dic dum, quare gibbum habes? Contra Dæmon, (*Vere in te quadrat illud, Prov. XXVI.* 11.) *Vt canis redit ad vomitum suum, ita stolidus iterat stultitiam suam.* Nihilo secius indicabo tibi veritatem: Quæsivisti ex me, quare sim unoculus? atq; scias, id inde provenisse, quia nimis iræ indulgeo. Hinc, cum aliquando cum socio contenderem, perfodit is mihi cultello oculum, & me excæcavit. Quod autem interrogasti, quare gibbosus sim? (*ejus rei causam ego dicere nequeo,*) sed abi, & transige cum factore meo. Tum homo: Quæso te, condona meam mihi protervitatem. Respondet Dæmon: Nunquam tibi condonabo,

istam,

איש לאנשי ביתו תנו לו לאכול ולשתות
ענה לו לעולם לא אאכול ולא אשתה
משלך אבל צוה לעשות ברכת המזון ו
ואשובה אל מקומי ואחר שברכו ברכת
המזון אמר לו מה אתה רוצה להודיע
לגברתי אשתך אמר לו לך ואמור לה
שלא אשוב אליה לעולם שהיא אינה
אשתי ואני איני בעלה אמר לו אל נא
תאמר כך ואל תעבור על שבועתך אמר
לו איני חושש משום שבועה שנשבעתי גם
והביא אשתו הראשונה לפניו ונשקה
וחבקה לפניו ואמר לו זו היא אשתי ש
שהיא אשה ואני איש וגברתך שדה
ולכן אמור לה שלא אשוב אליה לעולם
כשראה כך יצא משם וחזר לאדונתו
מלא חמה וכשראתה אותו שאלה אותו
ואמרה לו מה אמר לך אדוני בעלי ש
ענה ואמר לה את שואלת על איש ש
שאינו אוהב אותך אלא שהוא מואס
בך ואומר שלא ישוב אליך לעולם שאין
את אשתו והוא אינו בעלך ויספר לה
כל המעשה שהקרה אותו עם בעלה
אמרה לו אין אני מאמינה אותך ולא
לדבריך כי כל מה שאמר לא עשה
אלא להרגיזך ולעשות לך הכעסות שאני
יודעת בו שהוא בן תורה ולא יעבור
לעולם על שבועתו ואני אמתין עד

istam, qua me affecisti, contumeliã. Post hæc, imperat homo domesticis suis, Dæmoni aliquid ad comedendum bibendumq; præberent. Contra Dæmon: Haud unquam quicquã tui comedam vel bibam: Cæterum jube modo, ut preces, quas post assumtum cibum recitare mos est, dicantur, & tum ibo, revertarque in locum meum. Post peractas preces, ait Dæmon: Quid nunc vis, ut Heræ meæ, uxori tuæ renunciem? Ib. homo: Vado, & dic illi, me nunquam ad eam reversurum, non enim ipsa est uxor mea, nec ego ejus maritus. Subjicit Dæmon: Ne tu hæc loquaris, & noli violare jurisjurandi religionem. At vero homo, non curo, inquit, ullum quod juravi sacramentum, adductaque veteri conjuge, hanc coram illo osculatur, & amplexatur, dicens: En, veram meam uxorem, nam ipsa mulier est, & ego vir, tua autem Hera Strix nata est, quapropter dic illi, me nullo unquam tempore rediturum. Cum tenacem propositi vidisset Dæmon, discedit, & ad Dominam revertitur, plenus furoris. Illum ubi Domina videt, percontatur: quid referre te jussit Dominus meus maritusque? Respondet Dæmon: Tu de homine sciscitaris, qui te minime amat, sed, qui te odio habet, testatusque est, nunquam se ad te reversurum, eo quod non sis uxor ejus, & ipse non sit maritus tuus. Narrabat illi deinde omnia, quæ ei cum conjuge illius intercesserant. Ad hæc Hera: Non tibi ego, tuisque verbis fidem habeo. Nam, quæ dixit, tantum ad te irritandum protulit, & ut bilem tibi moveret. At, ego illum nosco, & cum divini juris tam peritus sit, non rumpet fidem, quam jurato mihi dedit. Exspectabo ad tempus usque constitutum, &

tum

זמן אשר נתן לו וראה מה יהיה ב
המתינה עד הזמן שנתן לה שהיה שנה
אחת אחר כך קראה לאותו עבד
ואמרה לו לך והביא לי אדוני בעלי
אמר לה והלא אמרתי לך בשמו שאמר
לי שלא ישוב אליך לעולם · אמרה לו
כשאמר לך אותן דברי' עדיין לא הגיע
זמן שבועתו ושישוב אלי הלך במצותה
ובא אצל האיש ואמר לו גבירתי שאלת
בשלומך ומתרה אותך לשוב אליה כי
הגיע זמן שבועתך ענה האיש ואמר לך
ואמור לה שאיני חפץ בשאלת שלומה ולא
אשוב אליה לעולם · כששמע כך הלך
וחזר לדרכו לאדונתו והגיד דברי ב
בעלה הלכה היא וספרה לאשמדאי אביה
כל העניין ענה לה אביה שמא מפני ש
שנתקוטט עם עבדך העור אינו רוצה ל
לבוא עמו ועוד שאינו כבוד לו לבוא
עם איש עור וגבן אבל זאת תעשי ש
שלחי לפניו שלוחי' נכבדים ויתרו על
שבועתו · וכן עשתה הלכו והתרו בו
ואמר להם לא אחזור עמכם לעולם
אמרו לו אינך בן תורה ולמה אתה ע
עובר על שבועתך שכבר עבר הזמן
שנתת לה ואתה עובר בלאו לא תשבעו
לשמי בשקר ועוד אתה עובר על מ
מצות עשה דכתיב שארה כסותה וע

tum videbimus, quæ evenient. Cum ad hunc usque terminum, qui, erat unius anni, præstolata esset, ait famulo suo Dæmoni: Abi, & Dominum meum, maritumque, mihi adducito. Tum Dæmon: Annon dixi tibi, nomine ejus, quod nolit unquam ad te redire? Subjicit ipsa: Cum hæc loqueretur, non effluxerat tempus, quo reversurum se juravit. Ergo obtemperans Dæmon, ad Virum se confert, aitque: Hera mea, me quærere jussit, ut valeas? & te hortatur, ut ad se revertaris, quia terminus jurisjurandi adventavit. Ad hæc, homo respondet: Apage hinc, & dic ei, non me cupere, ut de mea valetudine solicita sit, nec me unquam rediturum. His perceptis, recedit, & ad Dominam retro legit vestigia, atque illi significat verba mariti ejus. Nec mora, ipsa Patrem suum Asmodæum convenit, eique omne negotium exponit. Tum Pater: Fortasse, quia cum servo tuo cæco altercatus est, ideo cum illo venire recusat; quin, nec honorificum ipsi, comitari cæcum & gibbosum, quamobrem ablega ad illum Legatos splendidos, qui ipsum memorem esse jubeant sui jurisjurandi. Obsequitur ea monitis paternis, (*&, dæmonum honoratissimi*) abeuntes, in memoriam homini revocant jusjurandum. At ille: Nullatenus vobiscum sum reversurus. Tum ipsi: Annon tu studiosum sacrarum literarum profiteris? quare igitur violas jurisjurandi fidem? pridem enim præteriit tempus, quod illi constitueras. Ergo delinquis, contra illud interdictum Dei (Levit. XIX. 12.) *Non jurate per nomen meum falso.* Peccas item contra edictum (Ex. XXI. 10.) *Alimentum ejus, operimentum ejus, & conjugale debitum non minuito.* Verum is, veterem repetit cantilenam. Proinde

ועונתה לא יגרע ענה להם כראשונה
הלכו להם השלוחים והחזירו לה מענה
ממה שאמר ועדיין חזרה ושלחה שלוחים
רבים ונכבדים מאלה כי חשבה בלבה
ואמרה אולי לא ישרו בעיניו אלו
השלוחים · הלכו אלו והתרו בו כמו
שעשו הראשונים וענה להם אל תרבו
דברים כי לא אוסיף לשוב אליה
לעולם · חזרו ואמרו לה שלא תוסיפי
לשלוח עוד שלוחים שאינו חפץ בך
ומאס בך · כששמעה כך הלכה והגידה
לאביה ושאלה ממנו עיצה מה לעשות
אמר לה אביה אני אאסוף חיילותיי
ואלך אליו אם ירצה לבא * ואם לאו
אהרגנו ואהרוג כל אנשי עירו · אמרה לו
חלילה לך אדוני ללכת אתה אצלו אלא
שלח עמי ממשרתיך אשר ייטב בעיניך
ואנכי אלך אליו אולי ישא פני לשוב
עמי · וכן עשה שלח עמה חיילות והלכו
להם עמה עד מקומו גם בנה שלמה
הוליכה עמה ויהי בלילה שהגיעו לשם
והחיילות שלה רצו להכנס בעיר להרוג
אותו ולכל אנשי מקומו ולא הניחה אותם
להכנס בעיר להרוג אותו ולכל אנשי
מקומו · ואמרה להם עתה הוא לילה
וכלם הם ישני' ואתם יודעים כי קודם
שישנו הם מפקידים נפשותיהם ביד
הקב"ה ולא נוכל לעשות להרע להם

* Insere, טוב הוא

discedentes Legati, referunt ad Dominam responsum, quod dederat. Cæterum illa, plures, magisque insignes Legatos, quam priores fuerant, ad maritum destinat, cogitans secum in animo, forsitan non placuere primi Legati. Novi hi, abeuntes, hominem similiter monent, prout priores fecerant: At ille: Nolite multa verba eloqui, nam certum est, ætatem me ad eam non rediturum. Reduces Legati, (*Domina*) dicunt: Abstine a mittendis porro Legationibus, ipse enim non te amat, sed te potius aversatur. Ista, cum audivisset, adit iterum Patrem, & postquam quæ successerant narrasset, petit ab eo consiliũ, quid facto opus esset? Respondet Pater: Ego, colligam copias meas, & ad eum proficiscar. Quod si venire volet, bene se res habet; sin minus, illum interficiam, omnesque incolas urbis ejus, delebo occidione. Ad hoc ipsa: Absit, ut tute, Domine, iter capessas, sed me cum iis, quibus tibi visum, Ministris, mittito, atque ego ad ipsum me conferam, fortasse hanc apud eum inibo gratiam, ut mecum redeat. Assentitur Pater, cumque ea ablegat copias suas, quæ, eam usque ad urbem illam comitabantur, quin & Salomonem filium secum ducebat. Cum noctu ibi adventassent, volebat exercitus urbem ingredi, & hominem, cum omnibus habitatoribus trucidare. Verum ipsa, aditu urbis, & clade hac, illos prohibuit, aitque: Est nunc nox concubia, omnesque dormiunt. Vos autem novistis, (*Judæos*) antequam somno se dant, animas suas Numini commendare, non igitur illis damnum inferre possumus, quamdiu Dei manibus tenentur. Ergo hoc, ne peccemus, cum illis agamus; Exspectabimus quoad illu-

בעוד שהם ביד הקב״ה רק זאת נעשה
עמהם ולא נחטא נמתין אותם עד ש
הבקר ולבקר נכנס בעיר ואם נמצא
אתם לשם שהם עושים כל חפצינו ש
הרי טוב ואם לאו נדעה מה נעשה
בהם. ענו לה לאמור גבירתינו עשי ל
כטוב בעיניך ובשהיתה לשם אמרה ל
לבנה שלמה בני הכנס אל אביך ו
ואמור לו שאני כאן בעבורו ושלא יעבור
על שבועתו וישוב עמי הלך הנער ו
ומצא אביו שהיה ישן במטתו והקיצו
משנתו עמד האיש מרעיד ואמר לו מי
אתה כי הקיצותני אמר לו אני בנך
שלמה בן בת אשמדאי המלך כששמע
כך קם במורא וחבקו ונשקו ואמר לו
למה באת לכאן אמר לו אמי אשתך באת
לכאן בעבורך שתלך עמה ושלחה אותי
לקראתך להודיעך שהיא בכאן׳ אמר
לו איני הולך עמה ולא תהיה אשתי
לעולם ולא אני בעלה שאני בן אדם
והיא שידה ואין הדברי׳ מתאחדים על
נכון זה עם זה כי לא ראוי זה עם זה
ענה לו בנו אינך אומר כראוי חוץ מ
מכבודך כי כל הימים אשר היית עמנו
לא הזיקך מאומה ולא עשו עמך דבר
שלא כהוגן ולא נהגו עמך כל השדים
כבוד גדול ונורא אלא בעבורה גם
אמי כבדה אותך הרבה מאד גם אביה
אשמדאי מינה אותך שר וגדול על כל

illucescet, & mane ingrediemur urbem, atque si deprehendemus illos paratos, ad implendum desideria nostra, salva res est, sin aliter fuerint animati, sciemus, quid in eos statuere debeamus. Respondent turmæ: Quæ, tibi ex usu videntur, Hera, facito. Interea loci ait Salomoni: Heus, fili mi, vade ad Patrem tuum, & mone ipsum, me ejus causa venisse, & ne jusjurandum suum violet, atque ut mecum revertatur. Abit Puer, & reperit Patrem in lecto, somno sopitum, eumque exsuscitat. Surgens homo, tremere occipit, aitque: Quis tu es, qui me expergefecisti? Respondet Puer: Ego sum filius tuus Salomo, quem ex Asmodæi Regis filia suscepisti. His auditis, plenus timoris filium amplectitur, & osculatur, rogatque, quare huc venisset? Tum ille: Mater mea, uxor tua, huc se contulit tui causa, ut cum illa discedas, itaque me præmisit, ut tibi adventum illius significarem. Regerit homo: Non iturus sum cum illa, & nec eam unquam pro uxore habebo, nec ego illius maritus. Homo enim sum, ipsa vero est Strix, neque possunt convenire invicem, res tam diversorum generum. Ad hæc filius: Tu quidem, quod tamen, citra honoris tui læsionem dictum esto, haud æquum loqueris. Namque, omni eo, quod nobiscum egisti, tempore, nulla vis tibi illata est, nec ulla facta injuria: Dæmones autem universi, haud ob causam aliam, tanto tamque circumspecto honore te prosequuti sunt, quam matris nomine. Quin & ipsa mater mea, multum te coluit, illiusque Parens Asmodæus, constituit te Principem eximium Dæmonum cunctorum, jussitque ut nutibus tuis obedirent. Quæ, cum

השדים ונוס לעשות כל רצונך וכיון
שכן הוא למה אתה כועס בה ומואס
אותה ואינך זוכר החסדים שעשו עמך
כי אשמדאי זקני הצילך מיד השדים כ
כשרצו להרגך שכך יצא הדין מפיהם·
וגם אם הצילה אותך מיד אביה כש
כשרצה להרגך על שעברת על מצותו·
ועוד למה אתה עובר על שבועתך ש
שנשבעת שלא תניחנה לעולם ועוד
אמרת שלא תתעכב יותר משנה אחת
ושתשוב אליה אחרי כן · ועתה אבי ש
שמע בקולי וייטב לך חזור עם אמי ולא
תירא מכל דבר רע שעשו לך · ענה לו
אביו בני שלמה אל תוסיף לדבר אלי
עוד בדבר הזה ואל תאריך בדבריך שלא
אשמע אליך בדבר הזה לטוב עמה לעולם
שכל השבועות שעשיתי לה היו מפני אימה
ויראה שלא יהרגוני ולכן היו השבועות
באונס ואין בהן ממש · ענה לו בנו ש
שלמה אני לא אוסיף לדבר אליך עוד
בדבר הזה כיון שכך צויתני אמנם תדע
שאתה תאבד עצמך למען זאת · הלך
הנער וחזר לאמו וספר לה כל הדברים
ובערה חמתה כשמעה את דברי בנה
ואמרה עדיין לא אהרגנו עד שאדבר עמו
בפני הקהל ואשמע מפיו הטענה ואראה
איך יתנהגו הקהל בענין ומה ידינו ב
בענין· המתינה עד הבקר וכשידעה שהיו

ita ſint, quare Matri iraſceris, eamq; ſpernis, nec recordaris beneficiorum quæ in te fuere collata? Nam, Asmodæus avus meus, eripuit te ex manu Dæmonum, cum te perimere vellent, ac capitalem ſententiam adverſus te pronunciaſſent. Mater quoque mea, te ſervavit, cum illius Parens, ob violatum præceptum, necem tibi intentaret. Amplius, quare contemnis jusjurandum, quo te obſtrinxiſti, nunquam te matrem deſerturum? Quin & pollicitus es, te non emanſurum ultra annum unum, & reverſurum deinde ad ipſam. Quamobrem, mi Pater, me auſculta, & bene tecum agetur. Revertere cum Matre mea, nec mali quicquam ab ullo metuito. Reſpondet Pater: Heus, Salomo Fili, ne tu de hac re porro verba mecum commutaveris, & parce ſermone, non enim unquā in eo tibi morem geram, ut cum Matre tua revertar. Omnia enim juramenta quæ concepi, ex metu & timore profecta fuere, ne vita privarer, idcirco pro invitis habentur, nec involvunt obligationem. Tum Filius Salomo: Non loquar tibi porro de hac re, quando ſic præcepiſti. Verum ſcias, te tibi exitium attrahere iſtis cœptis. Digreditur deinde Puer, & ad Matrem reverſus, omnia illi ediſſerit. (*Mater*,) cum filii verba audiviſſet, vehementer excandeſcens, ait: Nondum illum occidam, priusquam ei coram, in concione populi fuero loquuta, & ex ipſius ore ſenſa animi audivero, experiarque quomodo populus in hac cauſa ſe gerat, & quid ſit judicaturus. Ergo ſolis ortum exſpectans, cum ſciret, omnes incolas in Synagoga congregatos eſſe, ipſa ſtipata univerſis Principibus Optimatibusque ſuis, eo ſe confert, atque his ait: Præſtolamini vos me hic,

הקהל בבית הכנסת הלכה היא לשם עם
כל שריה ונכבדיה ואמרה להם המתינו לי
אתם חזן מבית הכנסת ואנכי אכנס שם
ואשמע מה יענה ומה ירצה לעשות
נכנסה לשם וכשגמרו פסוקי דזמרה
אמרה לחזן המתן ואל תתפלל עד ש
אדבר דברי ויאמר דבר אמרה לקהל
שמעו עמים כולם ועשו לי דין מהאיש
שאנכי מתערמת ממנו כשמו דיהון בר
שלמוני שכך היה שמו כי זה האיש נפל
בינינו בשביל חטאיו ואבי גמל עמו ח
חסד שהצילו מיד השדים שרצו להמיתו
גם אנכי הצלתיו מיד אבי שרצה להרגו
על שעבר מצותו ונתן אותי לו לאשה
ומינהו שר וגדול על כל חיילותיו ו
ולקח אותי לאשה כדת משה וישראל ו
וכתב לי כתובה מסך גדול ונשבע לי
שלא יניחני לעולם כל ימי חייו ונשבע
לי עוד כשרצה לקחת ממני רשות לשוב
נה לאשתו הראשונה שלא יתאחר יותר
משנה אחת וישוב אלי והנה השבועות
בשטרות אלו והוא חתום בהם ועתה
רוצה לשלם לי רעה תחת טובה ואינו
רוצה לשוב עמי ועתה אנכי שואלת
שתשאלו את פיו למה הוא עושה כך ו
ודינו לבקר משפט על שטרי השבועות
האלה · אמרו לו דייני הקהל מדוע
אינך חוזר שמה שעשתה עמך כמה ט

hic ante Synagogum, ego introibo & audiam, quid responsurus sit, & quid agere decreverit. Intrans igitur, post peractas preces psalmicanas, ait Præcentori: Exspecta, nec porro precare, antequam negotium meum fuero elocuta. Ibi Præcentor: Quæ voles, edissere. Tum ipsa Cœtum sic alloquitur: Audite me omnes cives, & jus mihi reddite, contra virum, qui me decepit, cui nomen Dihon Filius Salomoni, (sic enim vocabatur.) Is homo cum in nos incidisset ob scelera sua, Pater meus hanc erga eum exercuit misericordiam, ut illum liberaret ex manu Dæmonum, qui ipsum erant interfecturi. Ego quoque eum ex Paternis manibus eripui, cum ipsum ob transgressum mandatum mactare vellet, meusque Pater me illi conjugem dedit, constituitque ipsum Principem maximum super omnes copias suas, atq; ipse me sibi uxorem cepit, secundum instituta Legis Mosaicæ, Judæorumque, & dotis loco mihi constituit summam ingentem, addens jusjurandum, se nunquam me desertum, quoad superstiti esse licebit; Amplius, cum veniã a me peteret, visitandi uxorem priorem, juravit, se haud ultra annum abfuturum, & reversurum deinde ad me; atque, ecce vobis juramentorum instrumenta, quibus ipse subscripsit. Nunc autem, mala pro bonis rependere discupit, renuitque mecum reverti. Vos ergo appello, ut ex eo quæratis, quare hæc faciat, & ut hoc mane jus dicatis, secundum ista Instrumenta jurationum. Tum Judices cœtus, his hominem compellant verbis: Tu vero, quare non reverteris cum ea, quæ, in te tanta contulit beneficia? Insuper, quomodo potes irritum reddere utrumque

טובות ועוד איך אתה יכול לעבור על
שבועת השבועות שחתמת בידך · ענה
להם כל מה שעשיתי ושנשבעתי היה
באונס ומאימת יראה שידעתי שאם לא
אעשה רצונם שימיתוני ולכן שאלתי על
השבועות והתירום לי ואיני רוצה לחזור
עמה שאין זה מדרך ארץ שיקח בן
אדם שדה ולהוליד שדים אלא אני ר
רוצה לדור עם אשתי שהיא מבני אדם
כמוני ולהתעסק בפריה ורביה כמו ש
שכתוב בתורתינו אעשה לו עזר כנגדו
וזאת אינה כנגדו ומפני כך איני חפץ ל
לשוב עמה ותלך היא ותקח אחד מן ה
השדים כמותה ויהיה מין במינו ואני
אעמוד עם אשתי הראשונה אשר היא
אשת נעורים · אמרה בת אשמדאי לדיינין
אינכם מודים מי שרצה גרש לגרש את
אשתו שיש לו לכתוב ספר כריתות ולתת
בידה ולהפריע לה כתובתה ענו הדייני'
ואמרו אמת הדבר הזה ויציב ונכון כי
כן הדין נותן · אמרה להם א"כ יכתוב
לי גטי ויפרע לי כתובתי הוציאה שטר
כתובתה ומצאו כתוב ממון גדול שלא
היה לו מספר · אמרו לו הדיינין או
תפרע לה זאת הכתובה או תשוב ע
עמה · ענה להם הנה כל הממון בידם
הנני מוחל הכל ואתן לה גיטה שעמה
לא אשוב לעולם · אמרו לו הדיינין ראה

que jusjurandum, quod manu tua obsignasti? Respondet homo: Quicquid feci, & quicquid juravi, coactus feci, & præ timore. Sciebam enim, illos me, nisi voluntati eorum morem gererem, trucidaturos. Quapropter, absolutionem a juramentis petii, eamque impetravi. Proinde nolo cum ea reverti, neque enim fas & æquum est, ut homo Strigem pro uxore habeat, & dæmonas procreet. Idcirco volo commorari cum conjuge mea, humano mecum genere orta, & liberis gignendis operam dare, (*prout in Lege nostra præceptum est.*) Atq; in eadem Lege nostra (Gen. IX, 18.) perspicue dicitur: *Faciam ei auxilium commodum ipsi.* Atqui, hæc non est mihi commoda, proinde nolo cum ea discedere. Abeat ipsa, & capiat sibi dæmonem quendam sui generis, ut sint ejusdem speciei, ego autem agam cum uxore mea priore, deliciis juventæ meæ. Post hæc Asmodæi filia, sic Judices affatur: Annon fatemini, necesse esse, ut is qui ab uxore divortium facere vult, ipsi libellum repudii scribat, & hunc in manus ei tradat, tum &, ut dotem illi solvat? Respondent Judices: Omnino hoc ratum constitutumque est, atque id jus efflagitat. Tum illa: Scribat igitur mihi Libellum repudii, & solvat mihi dotem. Nec mora, profert Instrumentum dotale, quod summam ingentem, atque adeo immensam, continebat. Ibi Judices: Aut exsolve dotem hanc, aut cum ea revertere. At vir, excipit: Ecce omnes meæ facultates penes ipsos sunt, quas universas iis condono, daboque illi Libellum repudii, cum ipsa autem reversurum me nego & pernego. Addunt porro Judices: Vide, istud secundum leges facere te convenit, aut

eun-

שכך יש לך לעשות מן הדין או ללכת עמה
או לפטור אותה ולפרוע כתובתה ואם
לא תעשה זה כיתן לה רשות לעשות בך
כחפצת נפשה · אמרה להם כיון שאנכי
רואה שאתם מודים בדין וחייבתם אותו
כהלכה מעתה אין אנכי חפצה שילך ש
עמי באונס מאחר שהתל בי אמנם ב
בבקשה מכם אמרו לו שישקנו אותי
ואשיב לי למקומי · אמרו לו עשה רצונה
ונשוק אותה והיא פוטרת אותך מכל מה
שחייבנוך הלך ונשקה וחנקה אותו ומת
אמרה לו זה הוא שכרך על שעקרת בש
בשבועות השם ובמצות אביך ועל שהתלת
בי ורצית להניחני ושאשיב אלמנה חייה
עתה תהיה אשתך ממך אלמנה וגלמודה ·
והמשל אומר מי שיבקש ליקח לי אישי ובעלי
ימות הוא ולא יעשה טובה ולא שמחה
לא לי ולא לאחרת אחרי כן אמרה
לקהל אם לא תרצו שאמית אתכם ל
קחו בני שלמה והקימוהו עליכם לנשיא
ולראש ולקצין כי מכם ויושב עמכם כי
מאחר שהרגתי את אביו אין אנכי חופצת
שישוב עמי שלא יהיה לי לזכרון ו
ולמפח נפש ואנכי אורישנו בממון גדול
עד מאד כדי שלא יחסר לו כלום ·
ואתם תצוו לתת לו מירושת נכסי אביו
יותר על שאר אחיו · וכן עשה הקהל

eundum tibi cum illa, aut dimittere eam oportet, illique dotem persolvere, Quod si hæc non observaveris, conceditur ei potestas, statuendi de te, quod illi collibuerit. Tum ipsa: Quia animadverto vos justitiam causæ meæ agnoscere, & illum, ceu leges exigunt, condemnare, jam nolo ego, ut mecum invitus discedat, quia me est aspernatus. Hoc autem vos rogo, persuadete illi, ut me (*postremùm*) osculetur, & tum recipiam me in locum meum. Ibi Judices, ad ipsum: Adimple illius voluntatem, & eam osculare, atque tum ipsa te absolvet, ab omni nostra condemnatione. (*Consentit homo,*) & abit, ac eam osculatur. (*Enim vero, ipsa in hominē involat,*) ac fauces illi elidit, ipsumque enecat, inquiens: Hoc tuum est præmium, quia juramentorum religionē fefellisti, & mandata paterna violasti, meq; ludificatus es, volens me deserere, & relinquere viduam, marito superstite. Nunc tua uxor vidua & deserta vivet. Vetus hoc dictum est: Si quæ virum meum maritumque mihi auferre postulat, pereat ipse, &, nec utilitati, nec oblectamento mihi sit, aut illi. Postea his Cœtum compellat: Si salvi esse vultis, capite filium meum Salomonem, atque Principem, Rectorem, ac Ducem illum constitute, nam a vobis prosapiam trahit, & vobiscum morabitur. Postquam enim Patrem ejus peremi, nolo mecum agat, ne memoriam subinde mihi refricet, sitque mihi cordolium. Ego vero illum heredem faciam, facultatum longe amplissimarum, ne cujusquam rei egeat. Vos autem jubete, ut amplius, quam cæteri fratres, ex hereditate capiat paterna. Obsequitur Cœtus,

הקימוהו עליהם לנשיא ולראש ולקצין
ומלך עליהם והיא חזרה למקומה לאביה·
מכאן שאין לאדם לעבור על שבועות
השם ולא על מצות
אביו:

סליק סליק סליק:

tus, eumque Principem, Rectorem, ac Ducem elegit, imperavitque ipse illis, mater autem in locum suum, ad patrem est reversa. Hinc liquido discimus, non debere quem spernere, jurisjurandi religionem & præcepta paterna.

EXPLICIT. EXPLICIT. EXPLICIT.

Ne quis forte alicujus e Vulgaribus Linguis, paulo imperitior, circa illa, quæ iisdem concepta, alicubi allegantur, moleste hæreat, Latinam eorundem interpretationem hoc loco subjicere, operæ pretium, ususque videtur.

Pag. 2. La Devise] Symbolum Regis vindicatum a P. Menestrier Societatis Jesu Presbytero.

Pag. 3. La Devise du Roy] Symbolum Regium, quod egomet vindicare allaboro, placebat actutum, suosque in Orbe reperit approbatores, quam diu solius bonæ mentis, judicii, & rationis examen subibat. Exprimebatur in Numis & Monilibus, ostentabatur ubique, atque Minister Prudentissimus, cui Scientiæ, Artes, Studia, ac Academiæ restitutionem suam, æque ac Mercatura debent, id effecit notam Regnorum florentissimi, imperans, ut in omnibus operibus publicis repræsentaretur. Sed, postquam Ingenia aliqua, plena falsarum idearum, præoccupata erroribus, & cæteroquin doctrinæ satis fortasse mediocris, id in Gynæceo Regio, & inter Personas aliquas illustres obtrectare cœperunt, visum fuit, non esse hoc amplius, tam accuratum, elegans, ac ingeniosum, ceu principio apparuerat. Id agebatur, quo privaretur honore, quem acquisiverat, ut esset Regni Symbolum, atq; nisi tam varie expressum fuisset, in auro, marmore, ære, & orichalco, ut impossibile evaderet, ejus delere memoriam, forsitan necessitas ei incubuisset, suum locum, suamque stationem concedere Symbolis aliis, quæ, Genius seculi, quorundam protervitas, πολυπραγμοσύνη, & conspiratio nonnullorum, qui ad conciliandam sibi invicem existimationem & autoritatem, sese sociaverant, pro eximiis venditabant. Tandem vero prævaluit veritas, hoc Symbolum

sub

ſubſiſtit, nobisq; longe maximum eorum Principum, qui unquam imperarunt, figurat. Conſpicitur in omnibus Signis Legionũ victricium, quæ, tot Populos coëgere, ad recipiendum pacem, quam Rex ille Auguſtus, per clementiæ & generoſitatis quendam exceſſum, iis conceſſit. Spectatur in machinis tormentorum, quæ, his bellis proximis, vim fecere Vrbibus, ut ſe dederent, illiq; ſe ſubjicerent. Famoſa opera manuaria, quæ, in amplo ædificio, cui Gobelins cognomen, &, ubi aurum, ſericum, gemmæ, pictura ac ſtatuaria, nil niſi miracula exhibent, parantur, dum vitam, resque inſigniter geſtas Ludovici Magni effigiant, non habent ornamentum aliud elegantius, præter venuſtiſſimum hocce Symbolum. Comparet in Lutetiæ, Luparæ, Verſaliarum, & S. Germani mille amplius locis. Exteri, id convertere in omnes ſuas Linguas; Academiæ, quæ ultra montes clarent, id comprobarunt: Naves noſtræ, illud Novo Orbi intulere, nec ulla gens eſt, quæ id non viderit, quamque non rapuerit in admirationem.

Ibid. Toutes les Portes] Omnes Portæ Vrbis Lutetiæ, quæ totidem Arcus ſunt Triumphales, atque geſta admiranda, quinque aut ſex Expeditionum inſculpta habent, tot Munimenta, tot magnifica Palatia, tot Naves, tot Triremes, tot Vtenſilia, tot Apparatus, tot Numi, tot Volumina Librorum, referunt hujus Symboli imaginem, & tot tantisq; Populis ac Nationibus id noſcendum dederunt, ut, tam gloriæ Regis asſerendæ, quam Poſteris erudiendis, operæ pretium ſit, vindicare Symbolum adverſus accuſationes quorundam, qui, ei prærogativam adimere inſtituunt, inficiantes, quod ei inter pulcherrima & accuratiſſima Symbola, quibus ulli unquam Supremi in Orbe Principes uſi ſunt, locus debeatur.

Ibid. En attendant donc] Tantiſper igitur, donec ii, qui hoc Symbolum culparunt, meliora nobis conficiant, dicam ego, illud exactiſſimis, felicisſimis, & ingenioſiſſimis accenſendum eſſe; Illud, nulla re inferius exiſtere Symbolis, quibus ad miraculum venuſtas ineſſe creditur, & infinita, quæ laudem tulere, poſt ſe relinquere; quod omnibus, quibus nunc in Orbe Imperantes, gaudent, æquivaleat, quodque qui nos ſequentur, pauca meliora effingent. Hoc Symbolum, non tantum eſt accuratum, proprium, & arduum, ſed & ſingulare, nec habet cogitatum repetitum, quod vitium multis aliis ineſt, quæ tantum a prioribus dicta recolunt, aut imitantur. Quadringenta amplius Symbola extant, ad Solem attinentia. At, in his quadringentis quam multa ſunt, quæ invicem habent ſimilitudinem.

Pag. 6. **Bey welchem Bau**] In quo Ædificio, vaſe argenteo, aut aliis Monilibus, hæc Linea, cum adjunctis quinque Literis deprehendetur, A. E. I. O. V.

illorum ego Dux Fridericus Junior, dominus sum, aut, meo jussu ea exstructa vel effecta fuere.

Ibid. die Herren haben] Principes interdum Symbolis utuntur forte fortuna adscitis.

Pag. 7. Mondo Simbolico] Mundus Symbolicus, formatus ex Symbolis selectis, explicatis, & illustratis.

Ibid. La giuditiosa prudenza] Sagax prudentia, & fortitudo magni Regis, apta non unum tantum, sed & plures regere mundos, in Numis figuratur per effigiem Solis, quæ, imminens globo terræ, habebat Epigraphen: NEC PLVRIBVS IMPAR. Symbolum apte quadrans in Philippum II. Regem Hispaniarum, qui, noverat gubernare non tantum Europæ vasta & numerosa, sed & insuper Indiarum Orientalium, & Occidentalium Regna, ut evaderet, NEC PLVRIBVS IMPAR. D. Salvatoris Carducci de hoc argumento versus sunt.

Pag. 12. Il Cannocchiale Aristotelico] Tubus Opticus Aristotelicus, sive, Idea, argutæ & ingeniosæ Elocutionis: inserviens universæ Arti Oratoriæ, Lapidariæ, & Symbolicæ.

Pag. 13. Enfin, que l'on dise] Cæterum, dicat quisque de hoc Symbolo, quod ei volupe est, ego mihi non tempero, quin de eo pronunciem, quod Dominicus judicavit de trium Regum nostrorum Symbolis, in Dialogo apud Paulum Jovium, de tribus Symbolis nostrorum Regum: Illud tam pulchrum, accuratum, ingeniosum, ac probe conceptum esse, ut nesciam, an omnis Italorum & Hispanorum subtilitas, magis elegantia effingere possit. Dominicus: Sine dubio, tria hæc Symbola, trium istorum Galliæ Regum, Ludovici XII. Francisci I. & Henricici II. meo judicio, omnem habent sublimitatem, quæ, tum subjecti, & aspectus, tum spiritus & significati ratione, requiritur, nec scio an argutissimi Hispani eam queant attingere.

Pag. 45. Chur-Bäyrische) Pellis Leonina Bavarica, sicca interdum, interdum humida.

Pag. 49. Bomel, Orsoi) Bommelia, Orsoium, Rhenoberga, Wesalia, Emmericum, Munimentum Schenckii, Arenacum, Doesbergum, Zutphania, Daventria, Neomagum, Gravia.

Pag. 59. Geheime/ Magische] Arcana, Magica, & Naturalis loquendi ac scribendi ratio. Per Janum Herculem de Sunde, alias Resene Gibronte Runeclusam Hunidem, Magiæ Naturalis Sedulum Amatorem.

Pag. 60. die Sternen] Stelliferi.

Pag.

Pag. 64. Bemühe dich] Adhibe diligentiam, ut ista solvere queas, non te pœnitebit.

Pag. 206 Maximilian Graff] Maximilianus Comes de Wallenstein, Dominus in Doprewitz, Stahl, Schwigen, Kloster-Grätz, Duchs, Ober-Leuternsdorf, Lautschin, & Neuen-Waldstein, Noster Consiliarius Intimus, & Camerarius Summus.

Pag. 207. Keyser Ferdinand] Cæsar Ferdinandus I. Præsidi Silesiæ, Dn. Friderico de Redern A. 1558. Fridlandiam vendidit. Ejus Posteris, sub regimine Cæsaris Ferdinandi II. ademta, & Cæsarearum copiarum Duci Supremo, *Domino Alberto de Wallen-sive Waldstein*, tributa fuit, eumque laudatissimus Cæsar, illius regionis, quin & postea Sagani, ac majoris Glogoviæ Ducem creavit.

Ibid. Den 9. dieß) Die 9. Januarii A. 1600. in judicio comparuere, Baro a Waldstein, & Gothardus Livo, quem, Baro in pede vulneraverat. Redacti sunt ad concordiam, coactusque fuit Baro, vulnerato, præstare medicationis impensas.

Pag. 108. Den 14. diß] Die 14. Januarii accusatur Baro a Waldstein, quod Famulum suum, Joh. Reheberger, loris mirum in modum tractasset, atque quia inhumaniter in eum sævierat, Puer Noribergam ad DD. Scholarchas missus est. Die 19. a DD. Scholarchis pronunciatum, Baronem mulctæ loco Academiæ florenos 30. pendere, & cum Pueri Propinquis transigere debere. Baro tergiversatur, causatus, Puerum indiligentem fuisse: offerens, se soluturum impensas medicationis, curaturumque, ut honesto opificio adjungatur Puer, mulctam quoque se luiturum. Johannis Baueri Lanii uxor, nomine Pueri, ob dolores, exigit florenos 100. non computatis in eam rem, mercede Chirurgi, & mulcta Academica. Tandem Dn. Baroni cum Pueri Defensoribus, Johanne Vestner Sartore, & Johanne Bauero Lanio, convenit, & in universum florenos 45. exsolvere recepit, ita, ut ex his alendus puer sit, & Chirurgo satisfaciendum; additurus insuper pro mercede famulitii, Vallenses 3. & vestem, sive ejus pretium, florenos 4. Ea compositio utrinque accepta & rata fuit, atque floreni 5. tantisper exsoluti. Die 3. Februarii, id, quod post fl. 5. restabat, apud Dn. Rectorem depositum est, additique pro veste fl. 4. & pro mercede famulitii, Vallenses 3. qui Joh. Baueri uxori, ob questus & ploratus, quos instituerat, fuere traditi. Die 9. Februarii Dn. Rector consensu Dn. Præfecti Oppidani, numeravit Pueri sorori fl. 4. Postea Die 17. Martii, jussu Dn. Præfecti, residuum pecuniæ, Christophoro Ambergero, Civi & Pistori, qui, Pueri tutor erat, exhibitum est, atque is, Academiæ apocham dedit.

Pag. 206. *Il Valstein*] Wallensteinio magis comminabatur, quam ut eum feriret, bombardæ ictus, commodum inter braccarum loculos, & femur transiens, ipse vero non sine nota nimii timoris, frænum e manu cadere sivit, illumque equus abripuit impetu.

Ibid. Da der Graff] Cum Comes Pappenheimius videret, offerre sese confligendi occasionem, lætus adventanti hosti obviam progreditur, atque, etsi ei cum sæpe fuso & vulnerato exercitu res erat, non tamen minori negotio, atque, si exercitus plane novus & recens esset, illum devicit. Spectandam hic sese præbuit, Studiosi fortitudo ingens, qui, procul a copiis suis, in Cæsareos irruit, mascule pugnavit, & aliquot interfecit.

Ibid. Wäre ein fein Ding] Facinus pulchrum & laudabile edidisset, si in causa justa, & pro Legitimo Principe, hanc operam navasset suam.

Pag. 210. Es folgten] Sequebantur Rustici suum Ducem, magnumque timendum fuisset periculum, nisi iste Studiosus, Dux eorundem, egregie pœnas dedisset suæ temeritatis. Vivus enim, cum Locumtenente Bernardo Ebber, in hostium manus pervenit. Tum illico Rustici nonnihil animis conciderunt, & retrocedere cœpere, cumque mox omnis spes ademta esset, palam in fugam se dabant.

Ibid. Da die Bauren] Cum Rustici convenissent, aliquot hymnos cecinissent, atque concionem, quam, ad illos Studiosus, qui inter eos agebat, eosque ad fortiter pugnandum animaverat, habuit, audivissent, post velitationem aliquam, uno impetu, ex utroq; latere proruunt, atq; Cæsareos tanto furore invadunt, ut Equites & Pedites a se invicem separarentur, ac Trbunus Löbel, aliique, quantacunque diligentia resisterent, retro se dare, & adeo fuga salutem quærere cogerentur.

Ibid. Die Bauren als sie] Rustici, cum Studiosum quendam, novum Ducem elegissent, sub eo acriores, quam sub Antecessoribus sumsere animos. Incantamentis enim illorum, Precatiunculam, quam, in Schola didicerat, superaddidit, atq; imprudentes Rusticos, suis verbis, tã audaces fecit, ut diutius præstolari non possent, sed vallo exirent, ac Pappenheimium alta voce, ipsi ad prælium provocarent.

SIT NOMEN DOMINI BENEDICTVM IN SECVLA.